Jahrbuch des Pädagogiums

des

Closters unser lieben Frauen in Magdeburg.

Neue Fortsetzung.

Siebentes Heft, 1843.

Womit zu der öffentlichen Schulprüfung am 6. und 7. April

alle Gönner und Freunde der Anstalt

ganz gehorsamst und ergebenst einladet

D. Zerrenner,

Probst, Königl. Consistorial= und Schulrath rc. als Director des Pädagogiums.

Inhalt:

1. **Euripidis, tragici poetae, philosophia quae et qualis fuerit.**
2. **Nachrichten über die Schule.**

Scripsit ***C. Hasse***, Dr. Ph.

Magdeburg.

Bei Wilhelm Heinrichshofen.

1843

Euripidis, tragici poetae, philosophia quae et qualis fuerit.

Neque terra neque temporibus faventibus satis constat Atheniensium origines et incrementa diutius tam humili loco fuisse, ut, qua aetate ceteri Graeci, praesertim insulani ac maritimi, jam flore aliquo utebantur, eadem Athenienses tanquam tenebris involuti laterent diesque agerent vix ulla ornati gloria, nec bellicis laudibus clari nec praestantes litterarum studiis. Quippe inopia et paupertate oppressos necesse erat incolas arare agros aridos et macros [1]), nec licuit ab initio mercaturae beneficio redimere vel compensare agrorum sterilitatem istam. Adde, quod maximam incolarum partem in suo regno ac ditione diutissime tenebant pauci patricii; his solis aditum patuisse ad imperia et magistratus; penes eos fuisse omnem auctoritatem legumque interpretationem scriptarum non scriptarum, sacrarum profanarum, ut cives aere alieno obligatos certaminibusque fractos intestinis non mirum sit tot dies transegisse sine gloria ac laude rerum praeclare gestarum. Scilicet tum demum, cum Solonis ac Pisistratidarum vigebat auctoritas eorumque mente et consilio cives regebantur, universos omnes comperimus communi quodam studio et industria res publicas sectari complectique; incrementa capere audimus artes ac litteras, innotescere magnique aestimari Homeri carmina [2]), mercaturae arridere commoda et utilitates, surgere Athenienses aemulos Megarensibus et Aeginetis finitimis [3]). Quid multa? Mox illud extitit, quo omnes quae diu conquieverant vires excitabantur totiusque populi adeo inflammabantur animi, ut ab infimo loco repente eveherentur in summum claritudinis fastigium; victorias dico navales terrestres, quas parva Atheniensium manus de opulentissimo populo vel sola reportaverat, vel ita, ut auctor esset etiam aliis Graecis pugnandi ac vincendi. Tum gliscere rerum summa felicitas. Nam cum ex certamine tam ancipiti ac periculoso invicti prodiissent victoriarumque palma accepta communis libertatis vindices ac patroni celebrarentur per omnem Graeciam, sua sponte perspicuum est, quantus iis additus fuerit spiritus et ingenii vigor. Jam coeperunt subito omnium sibi rerum praeclararum culturam comparare, circumfluere manubiarum opibus, florere navigatione et commerciis, ad urbanitatis praestantiam adduci a vita quadam incondita et agresti, nominis sui splendore complere non patriam solum, verum terras remotas et peregrinas. Mira ac feruida quae animos nunc per-

---

1) Thucyd. I. 2. — Strab. IX. 602. C.

2) Cic. de Orat. l. III. §. 137. Ipse Pisistratus primus Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus.

3) Herod. V. 78. *Ἀθηναῖοι μέν νυν ηὔξαντο. δηλοῖ δὲ οὐ κατ᾽ ἓν μοῦνον, ἀλλὰ πανταχῆ, ἡ ἰσηγορίη ὡς ἔστι χρῆμα σπουδαῖον. εἰ καὶ Ἀθηναῖοι τυραννευόμενοι μὲν, οὐδαμῶν τῶν σφέας περιοικεόντων ἔσαν τὰ πολέμια ἀμείνους, ἀπαλλαχθέντες δὲ τυράννων, μακρῷ πρῶτοι ἐγένοντο· δηλοῖ ὦν ταῦτα, ὅτι κατεχόμενοι ἐθελοκάκεον, ὡς δεσπότῃ ἐργαζόμενοι. ἐλευθερωθέντων δὲ αὐτὸς ἑωυτῷ προθυμέετο κατεργάζεσθαι. οὗτοι μέν νυν ταῦτα ἔπρησσον.*

fundebat alacritas e vita privata singulos traduxit ad forum caussasque populares. Qui quidem temere, ut ita dicam, et inconsiderate vita frui soliti fuerant, eos nunc videmus mentem revocasse ad cursum et ordinem rerum humanarum contemplandum; qua ratione mundus regeretur antea minus curiosi jam coeperunt intelligere, quam sint nullae adversus deos hominum vires quique omnia putaverant a coeco quodam casu pendere, nunc quaesiverunt, an providentia quaedam esset divina, qua mala malis rependerentur adversaque pensarentur secundis. Viderant enim, in hac terra multa evenire aliter ac speratum vel praevisum erat ab hominibus; multa felici successu progredi ac pro votis cedere, quae perniciosa sibi crediderant; alia quae faustis susceperant ominibus, eventu finita esse infelicissimo. Itaque quae bonorum et malorum origines ac fines, quae sint bonae res in vita et malae, num mundus ratione et mente administretur an casu fortuito, provideantur a diis hominum vitae an minus, animi utrum exstinguantur post mortem an remaneant, haec idque genus alia jamjam occupatas tenuerunt mentes et cogitationes. Quae unde liceat si quaeris divinare, adeas velim Herodotum, Aeschylum, Sophoclem, Euripidem. Namque manifestum est, tragicos imprimis poetas laborasse, ut earum quaestionum difficultas profligaretur et ad liquidum perducerentur gravissimae hae disputationes neque profecto negari potest, illorum potissimum auxilio et opera Atheniensium animos maximopere excitos esse atque confirmatos. A tragicis enim poetis multae quas a prima aetate Graeci imbiberant opiniones remotae et ea refutata, quae vulgus prave senserat de diis. Hi enim poetae docuerunt, ad deos non transferenda esse humana ista, non pertinere ad eos quicquam vitia hominum neque injustitiam vel invidiam; ac rebus mortalibus non dominari fortunam insanam et coecam, fatum non illud, a quo omnes sine discrimine insontes sontes calamitatibus opprimerentur, sed a quo nihil destinatum esset, nisi quod conveniret hominum studiis et rationibus [1]).

Atque Atheniensium mentes his rebus intentae tantum afuit, ut recusata doctrina nova mordicus tenerent opiniones suas, ut potius nihil antiquius haberent, quam ut animo infigerent praeclara et vera tragicorum monita. Quod si verum est, artes ali honoribus, ubi tandem potuerunt uberius efflorescere, quam apud Graecos homines, qui ingenio et studio abundantes

---

[1]) Liceat rogo in memoriam revocare, quae legisti apud Herodotum I. 32. *ἐπιστάμενόν με θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες·* III. 40. *ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι, τὸ θεῖον ἐπισταμένῳ ὡς ἔστι φθονερόν·* — VII. 10. *ὁ θεὸς φθονήσας.* — Longe aliter sensit Aeschylus, cujus ingenium neque ejusmodi imbiberat opiniones de natura Deorum nec cum eodem Herodoto (cf. Hoffmeister: Sittlich-religiöse Lebensansicht des Herodotus p. 21 — 28) censuit, e rebus secundis necessitate quadam emanare res adversas: immo gubernari docuit res humanas ipso divino quodam numine; e fato hominibus nihil contingere, nisi quod justum et consentaneum sit hominum rationibus; ex impietate et improbo animo origines trahere eorum miserias et poenas. Recorderis velim, quae tragicus in Persis Darium respondentem facit senibus choro cladisque nuncio, qui a Deorum invidia doloque (v. 94. *Δολόμητιν δ' ἀπάταν θεοῦ τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει;* — v. 360. *οὐ ξυνεὶς δόλον Ἕλληνος ἀνδρὸς οὐδὲ τὸν θεῶν φθόνον.* —) censerent repetendas esse clades Persarum. cf. Pers. v. 742. — v. 749. — v. 780. — v. 808. — v. 827. *Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπαν ἄγαν Φρονημάτων ἔπεστιν εὔθυνος βαρύς.* — Praeterea perlustrasse expedit Agam. v. 753.

Παλαίφατος δ' ἐν τοῖς βροτοῖς γέρων λόγος τέτυκται,
μέγαν τελεσθέντα φωτὸς ὄλβον
τεκνοῦσθαι μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν.
ἐκ δ' ἀγαθᾶς τύχας γένει
βλαστάνειν ἀκόρεστον οἰζύν.
δίχα δ' ἄλλων μονόφρων εἰμί. τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον
μετὰ μὲν πλείονα τίκτει
σφετέρᾳ δ' εἰκότα γεννᾷ,
οἴκων δ' ἄρ' εὐθυδίκων
καλλίπαις πότμος ἀεί. sq.

honestum tragicorum laborem vel summis decorabant honoribus? In theatris nonne incredibilis paene per totum diem frequentia [1]) et perpetua spectantium assiduitas? Et hujus potissimum studii alacritate, quo et populus et poetae calebant mutuo, ut ego arbitror, factum est imprimis, uti quae modo nata videbatur tragoedia cursu celerrimo ad summam perfectionis laudem adduceretur et ut tragica poesi Graeci quam brevissime assequerentur ea, quae adhuc nulla cum gente conferenda esse vix ullus negaverit. Quo magis autem Atheniensium in dies augebatur gloria quoque diutius salutis Graecae tutores principatus fructibus utebantur: eo latius quasi porrectus et amplificatus est campus, in quo vires exercerentur mentis atque ingenii. Extiterunt, quibus curae erat, rerum memoria posteris ut traderetur; quae modo coli coepta est comoedia, laetissima ex vita publica et privata capiebat incrementa; eloquentia et philosophorum doctrinae in rempublicam deducebantur. Simul plurimum valebant apud Athenienses Georgias iste et alii sophistae, a quibus plurima ex parte leviter eruditis alia omnia profecta, quam quae Graeci ad id tempus perceperant. Palam enim gloriabantur, nihil esse, quod ipsi nescirent; nihil, de quo non dicerent statim copiosissime; in conventibus poscebant, qua de re quisque vellet audire nihilque erat tam verum et exploratum, quin dicendo in dubium vocaretur nec quicquam tam falsum, tam a vero abhorrens, ut non ad id probandum excogitarentur argumenta. Itaque brevissimo temporis intervallo populi mores prorsus conversi sunt. Majorum instituta quamvis servare studerent nonnulli, plerique tamen, ut fert hominum natura, probata rerum novitate longe a prisca vita declinarunt, ita ut avolaret pristina virtus ac simplicitas et antiquam pietatem vel superstitio quaedam exciperet vel negligentia rerum divinarum.

Agam. v. 160.

str. ά.

Ζεὺς ὅστις ποτ᾽ ἐστὶν, εἰ τόδ᾽ αὐ-
τῷ φίλον κεκλημένῳ,
τοῦτό νιν προσεννέπω.
οὐκ ἔχω προσεικάσαι
πάντ᾽ ἐπισταθμώμενος,
πλὴν Διὸς, εἰ τὸ μάταν
ἀπὸ φροντίδος ἄχθος
χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως.

Antistr. ά.

οὐδ᾽ ὅστις πάροιθεν ἦν μέγας,
πάμμάχῳ θράσει βρύων,
οὐδὲν λέξαι πρὶν ὢν,
ὅς δ᾽ ἔπειτ᾽ ἔφυ, τρια-
κτῆρος οἴχεται τυχών.
Ζῆνα δέ τις προφρόνως
ἐπινίκια κλάζων,
τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν·

str. β.

τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώ-
σαντα, τὸν πάθει μάθος
θέντα κυρίως ἔχειν sq.

Agam. v. 248.

Δίκα δὲ τοῖς παθοῦσι
μαθεῖν ἐπιῤῥέπει.

Agam. v. 360.

οὐκ ἔφα τις θεοὺς
βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν
ὅσοις ἀθίκτων χάρις
πάτοιθ᾽. ὁ δ᾽ οὐκ εὐσεβής·

Agam. v. 1478.

τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται;

Choeph. v. 947.

κρατεῖταί πως τὸ θεῖον παρὰ τὸ μὴ
ὑπουργεῖν κακοῖς.

Suppl. v. 403.

Ζεὺς ἑτεροῤῥεπὴς νέμων εἰκότως
ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ᾽ ἐννόμοις.

Suppl. v. 732.

.... *χρόνῳ τοι κυρίῳ τ᾽ ἐν ἡμέρᾳ*
θεοὺς ἀτίζων τις βροτῶν δώσει δίκην.

Suppl. v. 1051.

Διὸς οὐ παρβατός ἐστιν μεγάλα φρὴν ἀπέρατος.

Soph. Phil. v. 132.

.... *τοὺς δὲ σώφρονας*
θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

[1]) Plat. Symp. p. 175. *ἡ δὲ σὴ σοφία ἐξέλαμψε καὶ ἐκφανὴς ἐγένετο πρώην ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων πλέον ἢ τρὶς μυρίοις.*

Palaestrae jam vacuae athletis, gymnasia philosophis referta et sophistis. Qui in foro habitaverant cives, eos nunc juvabat balnea frequentare [1]). Quod si tempus ullum fuit, quo haec omnia manifestissime perspicerentur, eminuit profecto aetas belli Peloponnesiaci, cum Pericle mortuo summa rerum penes eos esset, qui in sinu et oculis ferebantur ab infima plebe. Tum infenso animo omnes vexati, qui vel nobili genere vel divitiis praecellebant; tum optimates omnes non modo conviciis exagitati, sed exilio et fuga a republica remoti; tum multitudinis suffragia non extulerunt, nisi qui ad ejus voluntatem et licentiam se componerent. Homines vero populares reipublicae administrandae prorsus ignari, quo erant animi impetu turbulento, temere omnia et furore quodam sustulerunt, quae antiquum tempus redolerent. Hoc rerum statu, quo republica magna ex parte deformata Atheniensium etiam studia mentesque prorsus mutabantur, tragicus poeta vixit is, quem scimus aetatis suae studiis et rationibus adductum etiam in tragoediis componendis multa novantem a pristina ratione longe discessisse.

Euripides sane tot rebus differt ab Aeschyli ingenio et Sophocleo, ut propriam ejus indolem ac naturam non indignam existimem, quae paucis adumbretur. Ac primum quidem non gravor annotare, quod saepe pronuntiatum est post Lessingium, forte fortuna lucem perspexisse poetam anno apud Graecos celeberrimo, die ista praeclara ac laetissima, qua Persae apud Salamina proelio devicti in fugam convertebantur [2]); eodem die, quo velut dei cujusdam beneficio contigit, ut princeps tragicorum Aeschylus armis indutus inter victores procederet, Sophocles autem erecto tropaeo nudus et unguentis delibutus ad chordarum sonum paeanem caneret et epinicia. Ab initio autem enixe Euripides turbis eorum se inseruit, qui oleo inuncti et arena conspersi palaestrae exercebantur artibus. Tradit enim Aulus Gellius (Noct. Att. XV. 20), deductum esse a patre [3]) admodum juvenem Olympiam inter athletas pueros, sed non receptum in certamen per ambiguam aetatem; post Eleusinio et Theseo certamine esse coronatum victorem [4]). Sed mox a corporis cura ad excolendi animi studium transgressus longe alia ratione vitam transigebat [5]) Juveni enim et viro ita displicuit vita publica hominumque popularium studia, ut minus in luce dies degeret et in oculis civium, immo inaccessus

---

[1]) Arist. Nub. 1054. ......*ταῦτ' ἐστι ταῦτ' ἐκεῖνα, Ἃ τῶν νεανίσκων ἀεὶ δι' ἡμέρας λαλούντων Πλῆρες τὸ βαλανεῖον ποιεῖ, κενὰς δὲ τὰς παλαίστρας.* Ejusd. Ran. 1070. *ἣ 'ξεκένωσεν τάς τε παλαίστρας.*

[2]) Thom. Mag. et Man. Moschop. Vit. Euripidis.

[3]) Parentes tragici non ignobili fuisse loco, veri simile quidem, sed minus certum est. cf. Piers. ad Moer. p. 7. — Barnes. in commentario, quem scripsit de Euripidis vita, p. 2.

[4]) Thom. Mag. l.; c. *πρῶτον μὲν ἤσκησε παγκράτιον καὶ πυγμὴν, τοῦ πατρὸς αὐτῷ χρησμὸν λαβόντος, ὅτι στεφανοφόρους ἀγῶνας ὁ παῖς αὐτῷ νικήσει.*

[5]) De athletis quid senserit Euripides, satis declaratur Autolyci fragmento primo.

ἐμεμψάμην δὲ καὶ τὸν Ἑλλήνων νόμον,
οἳ τῶνδ' ἕκατι σύλλογον ποιούμενοι
τιμῶσ' ἀχρείους ἡδονὰς δαιτὸς χάριν.
τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκύπους ἀνὴρ,
ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον παίσας καλῶς,
πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών;
πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν
δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων ποσὶ
θένοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;
οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας
στάς. ἄνδρας οὖν ἐχρῆν σοφούς τε κἀγαθοὺς
φύλλοις στέφεσθαι, χὤστις ἡγεῖται πόλει
κάλλιστα, σώφρων καὶ δίκαιος ὢν ἀνήρ,
ὅστις γε μύθοις ἔργ' ἀπαλλάσσει κακὰ,
μάχας τ' ἀφαιρῶν καὶ στάσεις· τοιαῦτα γὰρ
πόλει τε πάσῃ πᾶσι θ' Ἕλλησιν καλά.

et ab hominum consortio [1]) remotus intus domique in meditatione tempus consumere maluit ac tranquillitate, quam in foro versari vel interesse populi concionibus; scholas potius cum Pericle frequentare Prodici Cei, rhetoris celeberrimi, et Anaxagorae philosophi [2]), quam in castris commorari et arma ferre in hostes. Ardenti enim discendi studio impletus scientiae suavitate sic tenebatur, ut a negotiis publicis plane abhorrens totum se transferret ad contemplationem rerum et cognitionem. Hoc igitur animo cum etiam magna librorum copia instructus esset [3]), in bibliothecam se abdidit, ut quae ab Heraclito [4]) aliisque philosophis de rerum natura scripta essent, cognosceret et intra parietes disclusus omnes res perscrutaretur, quae spectarent ad societatem humanam.

Unde non mirum, qui tanto meditandi studio flagraret, mentem suam ad eam imprimis appulisse philosophiam, quam omnes consentiunt maxima ingenii ac mentis acie commendatam fuisse. Anaxagoras enim Clazomenius, quem eo tempore Athenis commorantem philosophiam docuisse accepimus, multos eosque nobilissimos viros cum in suae disciplinae consortium pellexisset [5]), praestans omni et studii et animi laude prae ceteris Euripidem commovit, cui et ejusdem studii amorem insignem injecit, quo ipse investigabat rerum naturam, et eandem in omni re severitatem animi vel moestitiam, quam ipse prae se ferebat. Eadem in utraque rerum fluxarum contemptio, eadem animi aequitas, idem coelestis patriae amor [6]).

---

[1]) Mochop. l. c. *σκυθρωπὸς δὲ τὸ εἶδος ἦν καὶ ἀμειδὴς καὶ φεύγων τὰς συνουσίας. ὅθεν καὶ μισογύνης ἐδοξάσθη.* — Suid. s. v. *Εὐριπίδης.* Thom. M. l. c. *ἦν δὲ σύννους καὶ στρυφνὸς τὸ ἦθος καὶ σκυθρωπὸς, καθὰ καὶ Ἀριστοφάνης σκώπτων φησίν· Στρυφνὸς ἔμοιγε προσειπεῖν Εὐριπίδης.*

[2]) Aul. Gell. Noct. Att. XV. 20. Auditor fuit physici Anaxagorae et Prodici rhetoris, in morali autem philosophia Socratis. — Dionys. H. Art. rhet. c. XI. — Diog. Laert. II. 10. — II. 45. — Heracl. Pont. p. 77. (ed. Schow.)

[3]) Recensetur Euripides inter celeberrimos librorum coacervatores cum Pergami regibus, cum Aristotele philosopho, cum aliis. cf. Athen. I. 3. — Eurip. Hipp. v. 451. *ὅσοι μὲν οὖν γραφάς τε τῶν παλαιτέρων ἔχουσιν, αὐτοί τ' εἰσὶν ἐν μούσαις ἀεὶ*, sq.

[4]) Diog. Laert. II. §. 22. *φασὶ δ' Εὐριπίδην αὐτῷ [Σωκράτει] δόντα τοῦ Ἡρακλείτου σύγγραμμα ἔρεσθαι „τί δοκεῖ;" τὸν δὲ φάναι „ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα· οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα."*

[5]) Anaxagorae philosopho celeberrimos se viros, qui isthac aetate floruerunt, penitus addixisse, non ignoramus, sed Pericles, Democritus, Archelaus, Thucydides, Socrates, quid debuerint singuli philosopho praeceptori quosque in usus converterint ejus doctrinam, minus liquet. — cf. Schaubach. fragm. Anaxagorae p. 15 — 31.

[6]) cf. Valckenarii diatribe in Euripidis perditor. dramat. reliquias p. 25. c. „Ingenio quoque moribusque Praeceptori discipulum suspicor fuisse simillimum. Utriusque lineamenta duci forte possent nonnulla: hic satis erit unum attigisse. De Anaxagora Aelianus Var. Hist. VIII. 13. *Ἀναξαγόραν φασὶ μὴ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι, μηδὲ μειδιῶντα τὴν ἀρχήν·* duo ipsius discipuli, ingenia capitalia, Pericles et Euripides etiam fuisse feruntur *ἀγέλαστοι.* De Tragico testis est apud Aul. Gell. (Noct. Att. XV. 20.) Alexander Aetolus: *Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ στρυφνὸς μὲν ἔμοιγε προσειπεῖν, καὶ μισογέλως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς* — Viri optimi Anaxagorae, quem constat omnia postposuisse discendi quaerendique divinae delectationi, imago Euripidis animo, ni fallor, observabatur, dum Philosophi nobis physici laudes caneret et Geometrae in versibus, quos ex incerto dramate servavit Clem. Alex. Strom. IV. p. 634." — Id. l. c. p. 28. a. „In Anaxagorae schola ejusque exemplo didicerat Euripides, praemeditatione futurorum malorum lenire eorum adventum: hoc in vita quotidiana perutile monitum a viro se didicisse sapiente sub Thesei persona testatus in scena, Anaxagoram Atticis spectatoribus notissimum designavit." — Hoc loco convenit breviter attigisse, familiaritas quanta intercesserit inter Euripidem ac Socratem, nobilissimum aetatis virum eundemque Anaxagorae discipulum. Hic enim fuit studiosissimus Euripidis, ut Aeliano teste (Var. Hist. II. 13.) ceterorum poetarum constanter abstinens uni Euripidi operam navaret. cf. Valcken. l. c. p. 14. b. et 25. b, ubi haec: „Singulae propemodum Euripidis *γνῶμαι* nobis monstrant, quod et aliunde noveramus, in Socratis illum exercitum fuisse palaestra."

Quanta vero Anaxagorae auctoritas apud Euripidem fuerit quaeque debuerit poeta Clazomenio, ejus rei documenta cum alibi tum in tragoediis ipsis inveniuntur satis multa. In iis enim saepissime numero mentio fit decretorum physicorum, quae tantam Anaxagoreis similitudinem habent, ut primo adspectu non possimus, quin miremur, illatas esse res abstrusas et reconditas, quae a dramatis ratione alienae a poeta abhorrere videntur. Neque defuerunt, qui philosophemata ista pro inanibus tamquam ac frigidis additamentis haberent, quibus a poeta ornamentum quoddam vellent addi fabulis vel speciem affectari philosophi. Quippe arbitrabantur, in intimos philosophiae recessus neutiquam penetrasse Euripidem, sed altiora fuisse Anaxagorea, quam ut mente et animo percipere potuisset Graecus poeta; ossa poetam alucinantur imitando consectatum esse, sanguine vel medulla non confirmatum. In hanc fere sententiam miramur, qui factum sit, ut abiret etiam Schlegelius, qui cum alibi satis consideratum se praebuerit, minus accurate de Euripide commentatus est. Etenim praeter miram quandam comitatem et blandiloquentiam tribuit poetae, ut plerique omnes [1], eximiam ingenii volubilitatem nec mediocrem dicendi vim, sed abjudicat animi severitatem et sanctimoniam, morum honestatem et integritatem, judicium intelligens et elegans, artem et scientiam fabulas bene instituendi ac philosophiam non multum abest quin derideat [2].

Majori etiam injuria affectus est a Bouterweckio, qui in Commentationibus societatis Gottingensis recentioribus (IV. p. 1 — 34) quaestionem de philosophia Euripidea institutam vulgavit. Is enim quamquam Euripidi non imputat putidum ac vanum imitandi studium, tamen in tragoediis plurima sibi visus deprehendere inter se pugnantia non minus confidenter, quam temere affirmat, Euripidem ut hominem judicii inconstantia animique levitate insignem ad philosophiae studia propensum quidem fuisse, sed non tanto ingenio praeditum, qui in ipsa ejus penetralia intrare potuerit; tortuosa autem et perplexa de obscuris naturae rebus philosophemata poetam inseruisse, non ut probarentur etiam aliis, sed ut occasionem nancisceretur ostentandae eruditionis; pugnante natura philosophiae deditum non omnia eum Anaxagorea didicisse, sed singula tantum, non tam in veri meditatione defixum fuisse poetam, quam in sententiis conglutinandis, ut ad inanem sermonis elegantiam omnis sit detrusa tragoediae vis fucatusque nitor expulerit nativam istam granditatem. Nec id solum Euripidi vertebat vitio, verum addebat, de religione philosophum scenicum non bene esse meritum, imminutam esse ejus tragoediis morum honestatem, verae virtutis sensum non confirmatum, sed debilitatum et depravatum [3]).

[1]) Quinct. instit. orat. X. 1. §. 67. — Cic. Ep. ad. famil. XVI. 8. —

[2]) A. W. von Schlegel. Vorlesungen über dramatische Kunst u. Litteratur I. p. 198. „Er war ein unendlich sinnreicher Kopf, in den mannigfaltigsten Künsten des Geistes gewandt: aber einer Fülle von glänzenden und liebenswürdigen Eigenschaften stand bei ihm nicht der erhabene Ernst des Gemüths, noch die strenge künstlerische Weisheit ordnend vor, die wir am Aeschylus und Sophokles verehren. Er strebt immer nur zu gefallen, gleichviel durch welche Mittel. Darum ist er sich selbst so ungleich; manchmal hat er hinreissend schöne Stellen, andere Male sinkt er in wahre Gemeinheiten. Bei allen seinen Fehlern besitzt er eine wunderwürdige Leichtigkeit und einen gewissen einschmeichelnden Reiz.“ — p. 210. „Euripides hatte die Schulen der Philosophen besucht; da setzt er denn eine Eitelkeit darein, immer auf allerlei Philosophme anzuzuspielen: meines Bedünkens auf sehr unvollkommene Art, so dass man diese Lehren nicht daraus verstehen wird, wenn man sie nicht schon zuvor kennt.“

[3]) Ne falsa videamur tradere, fac audias ipsa Bouterweckii verba. P. 9. „Certi nihil Euripides de rebus divinis sta-

His criminibus magna ex parte injuste ac perperam lacessi Euripidem a Bouterweckio pariter atque ab aliis, qui minus considerate inspiciebant tragoedias, sine ulla dubitatione confirmaverim. Arte enim tragica isthac jam aetate flaccescente non ignoro equidem, verborum sententiarumque floribus abundare tragoedias Euripideas proculque distare ab Aeschyli cothurno ac gravitate Sophoclea [1]) neque praeterit sane, qui primum adeunt poetam male offendi iis, quae exposita sunt de terrae natura aetherisque, de rerum origine ac principio et quae alia cadunt in physicum: omnibus tamen, in quibus res physicas examinavit, accuratius perpensis comparatisque inter se, id quidem certissime patet, ea non ostentationis caussa exponi vel ornamenti cujusdam, sed propterea, quod totus ad philosophiae studia confugerat poeta itaque imbiberat philosophiam physicam, ut ex ea quasi fonte omnia videantur fluxisse, quaecunque de conditione ac fine vitae humanae proposuit, de rebus bonis ac malis et quae sunt id genus alia. In his enim studiis, quae apud Athenienses tum primum culta mox ad vitae societatem relata esse didicimus, totam fere aetatem contrivit poeta; pensitavit maxima cura, quaecunque in hominum philosophantium disceptationem cadere possunt et quae ipse cognoverat humana divina voluit in solem produci, ut innotescerent ac probarentur civibus etiam quam plurimis [2]).

---

tuisse ex iisdem tragoediarum ejus locis adparet, quibus nunquam sibi constans turbare religionem popularem conatus est;" — P. 10. Plura comprobant, Euripidem decreta vel non intellexisse vel de industria alterasse." — P. 11. „Sed quae vulgo credebantur respuens, ipse quid statueret non inveniens, fieri non potuit, quin sibimet ipsi repugnaret, cum modo, ut poetam decet, adsentiri perperam creditis, modo res novas moliri videretur." — P. 20. „Verum si philosophum Euripides eo comprobavit, quod ejusmodi sententias proferre non dubitavit, cur in hac quoque tragoedia iterum iterumque sibi repugnans reclamat, nunquam desperandum esse in rebus humanis, cum Superi cuncta intueantur, boni digna pietatis praemia consequantur, mali vero nunquam felices sint? Consultius, puto, Euripides egisset, si rebus, quae sua natura ad rectam rationem revocari non poterant, coram populo lucem affundere non studuisset." — P. 25. „Sed id quoque ad singulare hujus poetae ingenium pertinet, quod sibi impar modo humi serpsit, modo ad sublimitatem evehitur Sophocle et Aeschylo dignam." — P. 29. „Morum studiosum observatorem fuisse Euripidem adparet, sed nunquam in cogitatione aliqua defixus nec veri diligens indagator sententiam modo hanc modo illam qualis ei in mentem veniebat, talem in versibus posuit tamque parum curiosus in hoc genere fuit, ut nec trita ac futilia adspernaretur, dummodo aliquid veri iis inesse putaret." — P. 33. „Poetis ad philosophiae studium propensis Euripides annumerandus est; sed cum philosophorum more quid de rerum natura quidque de humana conditione statuendum sit, animo volveret, non satis huic cogitationi immoratus, neque de rebus diligenter pensitandis sollicitus, id tantum quaerebat, quod generaliter pronuntiaret. Itaque non tam veri quam sententiarum studiosus fuit. Aliorum vestigiis inhaerere dedignatus, Anaxagorae tantum aliqua nonnunquam repetens, inter manifesta ac perplexa, certa ac dubia fluctuans sapere tamen sibi videbatur." — Contra has Bouterweckii criminationes Euripides ex parte defenditur a Schneithero in disputatione, quae paucis abhinc annis Groningae prodiit de Euripide philosopho; assentitur vero dicenti, poetam sibi ipsum non semper constitisse, Anaxagorea nonnunquam non recte intellexisse, religioni nocuisse. Nec minus aspere accusatur Euripides ab aliis, velut a Muellero in dissertatione, quam Vratislaviae de Euripide Deorum popularium contemptore edidit anno hujus saeculi vicesimo sexto.

[1]) Valcken. l. c. p. 96. 97. — p. 114. a. —

[2]) Plutarchus in Sylla (p. 453.) Euripidem vocat *σοφὸν ἄνδρα καὶ πολιτικῶν ἐπιστήμονα σοφισμάτων;* alibi (de glor. Athen. V.) Aeschylo tribuitur *στόμα*, *λογιότης* Sophocli, *σοφία* Euripidi. — Ab Athenaeo (cf. IV. 158. f. — VI. 270. c. — XIII. 561. a.) poeta cognominatur tum scenicus philosophus tum sapiens. — cf. Barnesius l. c. p. 13. „Quum itaque talis tantusque vir (Anaxagoras) ob philosophiam fuerit tantopere periclitatus, illius discipulus Euripides hac re territus illico ad scenam se convertit, duodevicennis existens; ex quo tragoediis componendis praecipue vacavit. Non is quidem disciplinae suae veteris *λειποτάκτης* aut transfuga,

Haec tamen omnia cum nondum ad liquidum perducta sint a quoquam, ut, quae et qualis fuerit Euripidis philosophia in tragoedias deducta, paene in occulto sit, res satis digna visa est, quae de integro examinetur ac doceatur. Et universa quidem, quam nunc instituemus, quaestio bipartita erit, cujus altera pars, quatenus ab Anaxagora physicorum auctore pendeat Euripides, investigabit; altera, quos in usus physicam philosophiam ille verterit. Quorum quod primum posuimus, paucis licet absolvere. Nam quidquid huc pertinet, Valkenarii diligentia prostat [1]), quamquam non ita dispositum et in ordinem digestum, ut quid sibi voluerit Euripides aliudque ex alio qua ratione aptum sit, perspicue intelligatur.

In Anaxagorae philosophia tamquam in fundamento niti Euripideam etsi certissimum est, minime tamen ita ab ejus ore dependere videtur poeta, ut quaecunque praeceptori probata audivit discipulus tamquam praescripta acciperet et decreta; immo vero in re primaria tanta est ex mea sententia eorum discrepantia, ut totam Euripidis philosophiam jure quodam paene aliam queas nominare. In Anaxagoreis enim quod Platoni [2]), Aristoteli [3]), aliis [4]) offensioni fuit, Mentem vel Deum, postquam motu semel impulisset materiam quiescentem, nihil pertinere ad res describendas et ordinandas, idem videtur Euripidi displicuisse. Utcunque est, sive rectius perspexit praeceptorem Platone et Aristotele, sive mutavit Anaxagorae praecepta, Euripides non, ut Anaxagoras docuisse vulgo putatur, praeter aethera vim quandam esse movendi vel mentem censuit, sed ipsum Aethera animantem perhibuit mentem esse divinam et numen divinum et vim moventem [5]).

---

sed fidelissimus et constans cultor et custos; omnia enim magni magistri praecepta conservavit et secum in musarum castra intulit, adeo ut post hinc cothurnata audierit philosophia et ipse emphatice Scenicus philosophus sit dictus." — „Et sane id sibi praecipue Euripides in omnibus suis fabulis proposuisse videtur, ut auditoribus suis quam maxime prodesset et per jucundas carminum et fabularum ambages animis eorum virtutis amorem et hujus vitae contemptum instillaret; ut omnia denique pietatis, constantiae, prudentiae et patientiae praecepta veterum heroum exemplis cohonestaret; denique optimarum sententiarum repetitionibus suis Atheniensibus inculcaret." — „Quidquid magnanimus ille praeceptor honorifici de Deo unquam locutus est aut sapienter de Natura, id civibus suis frequenter propinavit; nec subtimide et clanculum id fecit, sed aperte populo exhibuit salutaria moralis sapientiae dogmata, poetico tamen dulcore emollita. — cf. Barnes. ad Troad. v. 681. „Theon sophista notavit Euripidem, *ὅτι παρὰ καιρὸν αὐτῷ Ἑκάβη φιλοσοφεῖ.* Sed Theon nesciebat, quod Euripides prae summo moralis philosophiae studio, ut illam auribus et animis hominum instillaret, artis poeticae paullo negligentior ultro videri voluit." — Paullo post adduntur: „Quin Origines noster (c. Cels. IV. p. 214.) dixit, quod Euripides esset Philosophus in Scena, *ὁ κατά τινας σκηνικὰς φιλόσοφος καὶ φυσιολογίας τῆς Ἀναξαγόρου ἀκροατής.*" — cf. Jd. ad Phoen. v. 549. —

1) Valcken. l. c. cap. IV. — VII.

2) Plat. Phaed. p. 98. c. *ἀπὸ δὲ θαυμαστῆς, ὦ ἑταῖρε, ἐλπίδος ᾠχόμην φερόμενος, ἐπειδὴ προϊὼν καὶ ἀναγιγνώσκων ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον οὐδέ τινας αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιώμενον καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοπα.*

3) Aristot. Metaph. I. 4. — *Ἀναξαγόρας τε γὰρ μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν· καὶ ὅταν ἀπορήσῃ, διὰ τίν' αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ, τότε ἕλκει αὐτόν. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν γιγνομένων ἢ νοῦν.* —

4) Simplic. in Phys. Aristot. p. 2. a. — Plut. defect. oracul. p. 435. e. — Clem. Alex. Strom. II. p. 364. d. —

5) cf. Arist. Meteor. I. 3. — *ὁ γὰρ λεγόμενος αἰθὴρ παλαιὰν εἴληφε τὴν προσηγορίαν, ἣν Ἀναξαγόρας μὲν τῷ πυρὶ ταὐτὸν ἡγήσασθαί μοι δοκεῖ σημαίνειν· τά τε γὰρ ἄνω πλήρη πυρὸς εἶναι, κἀκεῖνος τὴν ἐκεῖ δύναμιν αἰθέρα καλεῖν ἐνόμισεν, τοῦτο μὲν ὀρθῶς νομίσας. τὸ γὰρ ἀεὶ σῶμα θέον ἅμα θεῖόν τι τὴν φύσιν ἐοίκασιν ὑπολαβεῖν* sq. — Postero tempore etiam Stoicos non ignoras Aethera deum summum habuisse,

Anaxagoras enim aetheris et terrae materiam ita tantum inter se differre dum suasisse existimatur, sicca, splendida, calida ut conformarent aethera, terram humida, obscura, frigida: Euripides naturam aetheris et terrae plane diversam esse voluit et terram obscura, frigida humidaque continentem per se esse inanimem vitaque carentem, aethera solum, quippe qui terrae partibus vitam inserat, animatum et divinum, compositum e lucidis, splendidis, calidis. In hac sententia Euripidem fuisse tum aliis multis ex rebus efficitur, tum apertissime arbitror declarari istis versibus, quibus aethera immoderatum et sublime fusum, qui tenero uvidoque amplexu terram circumdatam teneat, Jovem deum esse dicit.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. (Incert. trag. fr. I. ap. Matth.)

Et eo quidem confidentius licet loqui, quod praeterea plurima obvenerunt, quae aliam in partem accipi non possunt, velut ea, quibus Juppiter *γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν* verbis describitur, quippe cum terra undique aethere circumfusa quasi in ejus gremio sustineatur [1]). Itaque Aethera solum cum deum unicum haberet Euripides, minime audiendus videtur Valckenarius, qui Poetam quidem carminum consulentem suavitati sibi persuasit coelum et terram habuisse pro duobus elementis, e quorum conjugio omnia gignerentur; secundum Philosophum autem Mente quadam pura et infinita coelum ac terram creata esse. Deorum, inquit ille, quales a Graecis colerentur, contemptor, Euripides unicum agnovisse Deum videtur

---

mente praeditum, quo omnia regantur. cf. Cic. de Nat. Deor. I. §. 37. Cleanthes autem, qui Zenonem audivit, tum ipsum mundum, tum ultimum et altissimum atque undique circumfusum atque complexum ardorem, qui aether nominetur, certissimum deum judicat. — Cic. Acad. pr. II. 41. — cf. Natal. Com. Mythol. II. 1. Nam Jovem alii ex poetis arbitrati sunt esse aëra, ut illud est Horatii in primo odarum: „Jacet sub Jove frigido.“ Et alibi: „quid latus mundi nebula, malusque Juppiter urget.“ Sic etiam Theocritus ecloga quarta: „*χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.*“ — Paulo post adduntur: Nec defuerunt, qui aethera Jovem esse crediderunt, quem patrem appellavit Lucretius libr. I. ac terram matrem, quod ex his omnia oriantur, ut dictum est:

Postremo pereunt imbres, ubi eos pater aether
In gremium matris terraï praecipitavit.

At Virgilius non solum patrem, sed etiam omnipotentem vocavit aethera: quo nomine nullum neque elementum neque Deum, neque mundi patrem, praeter unum Jovem vocarunt antiqui: sic enim scribit lib. sec. Georg.

Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether
Conjugis in gremium laetae descendit, et omnes
Magnus alit magno commistus corpore foetus.

Quid est autem aliud aether, quam universa regio illa, quam Anaxagoras ignem esse credidit et quia semper arderet ita nominatam?

[1]) Efferuntur haec verba in Troadibus (v. 890. sq.) ab Hecuba.

Ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν
ὅστις ποτ' εἶ σὺ δυστόπαστος εἰδέναι
Ζεύς.

cf. Schol. ad Arist. Nub. v. 265. *Ἀὴρ, ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον] ὃς παρείληφας τὴν γῆν καὶ βαστάζεις. δόξα γάρ τις ἐθρυλεῖτο τῶν φυσικῶν, ὅτι πλατεῖα οὖσα ἡ γῆ ὀχεῖται ἐν τῷ ἀέρι.* — Cornutus s. Phurnutus de Nat. Deor. 20. p. 184. *κορυφὴ δὲ θεῶν, κατ' Εὐριπίδην, ὁ περὶ χθόν' ἔχων φαεινὸς αἰθήρ·* — Eurip. Bacch. v. 292. *τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου Αἰθέρος.* —

Incert. trag. fr. CLXXVIII.

καὶ Γαῖα μῆτερ. Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

His addas Iphig. A. v. 366.

οὗτος αὐτός ἐστιν αἰθήρ, ὃς τάδ' ἤκουσεν σέθεν.

Incert. trag. fr. CLIV.

βάσομαί τ' ἐς αἰθέρα πολὺν
ἀερθεὶς, Ζηνὶ προσμίξων.

Iphig. T. v. 42.

ἃ καινὰ δ' ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα
λέξω πρὸς αἰθέρ'.

αὐτοφυῆ mentem puram, aeternam, atque adeo infinitam, nulliusque rei indigam: non ille, quae aliorum fuit opinio, Deum mentem esse censuit, quae, materiae velut infusa ac cum illa arcte conjuncta, hanc molem instar spiritus agitaret, sed puram et a materia longe semotam; cui materiae natura sua quiescenti et confusae mens ista divina motum indiderit atque ornatum, creatrix coeli et terrae. Coelum autem, sive Aethera, et Terram, velut duo elementa consideravit, ex quibus omnia in hoc universo nascerentur, et in quae omnia, cum viderentur mori in suum quodque resolverentur. Sed, ut carminum Poeta consuleret suavitati, atque ingenio elegantissimo morem gereret, veluti quodammodo *συνάρχοντας τῷ μεγίστῳ δαίμονι*, omniparentes Aethera et Terram *εἰδοποιήσας*, connubio junxit; suasque hic poeta *ἐρωτικός* Amori qui dicebatur partes elegantissimas assignavit: ex hoc conjugio omnia primum enata cecinit, atque etiam nunc per hos conjuges, vernis praesertim temporibus in mutuos ruentes amplexus, in ordine quidque suo vegetatum custodiri conservarique [1]). Hactenus Valckenarius. Nec Schneitherus mentem, opinor, perspexit Euripideam, cum pagina quadragesima septima dissertationis suae haec pronuntiaret: „Sed, uti Anaxagoras non semper rite distinxit inter *νοῦν* et *ψυχήν*: sic Euripides nonnunquam aliquatenus confudisse videtur Aethera et Deum, ita ut Aetherem nonnunquam Deum vocaret. Fluxit illud fortasse ex eo fonte, quod introduxerat in Anaxagorae philosophiam illud de connubio Terrae et Aetheris placitum, quod poësi magis esset aptum, quam nuda illa philosophica propositio de mente divina omnia ordinante, quippe quae magis ingenium et mentem afficeret, quam phantasiam et sensum. Sed cum haec propositio semel mentem occupasset, ita ei inhaesisse videtur, ut plane se Aether et Deus in ejus animo confunderent et ut ita, inscius et imprudens, cavillatoribus ansam daret eum reprehendendi, quasi Anaxagorae disciplinam non intellexisset et Deum statuisset corporeum.“ Quorum neuter vera dixit. Nunquam enim, quantum equidem diligentissima cura potui perscrutari, docuit Euripides, a Mente creata esse coelum et terram; nunquam docuit, Mentem materiae motum indidisse atque ornatum; nunquam docuit, Mentem materiae non infusam nec cum illa conjunctam esse nec perspicio, qua ratione refellatur opinio, Euripidi et Poetae et Philosopho unicum Aethera fuisse eum, qui ab hominibus appellaretur Deus maximus vel Juppiter. Terra enim Aetherque elementa duo sunt ex Euripidis sententia naturae diversissimae; ista sicca ac sterilis natura, per se inanimata, a mente sejuncta orbataque; aetheri solo vis inest vitalis, cogitandi et intelligendi facultas; aether est per se animatus, est mens divina, est Deus.

Ab hac autem re, in qua, quod inter Euripidem et Anaxagoram intercedit discrimen, positum esse credimus, si discesseris, utrumque eadem plane via ac ratione progredi facile senties. Uti enim Anaxagoras primum rerum principium (*ὁμοιομέρειαν* [2]), in quo omnia, quae extant, conjuncta erant et commixta, aliunde agitatum divortio dixit in duas partes diremtum esse, in

---

[1]) Valck. l. c. p. 36 et 37.

[2]) Lucret. Rer. Nat. I. v. 830.

Nunc et Anaxagorae scrutemur *ὁμοιομέρειαν*,
Quam Graji memorant, nec nostra dicere lingua
Concedit nobis patrii sermonis egestas:
Sed tamen ipsam rem facile est exponere verbis,
Principium rerum, quam dixit *ὁμοιομέρειαν*.

Anax. fr. I. *Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα.* — Arist. phys. ausc. III. 4. — Id. de Coel. III. 2. —

quarum altera res calidae et tenues, lucidae et siccae sint conjunctae, in altera deorsum lata obscurae et humidae, frigidae ac densae [1]): ita Euripides primum quidem omnia haec, quae supra et subter, censuit unum fuisse, ut commixta inter se et constricta, vel unam fuisse formam coeli et terrae, deinde ea divisa secretum avulsumque esse a terra coelum et in conspectum prodiisse aethera purum, splendidum, divinum et terram siccam, obscuram, ratione carentem et inanimatam. Documento est Melanippes fragmentum sextum:

Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ᾽ ἦν μορφὴ μία·
ἐπεὶ δ᾽ ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος
δένδρη, πετεινὰ, θῆρας, οὕς θ᾽ ἅλμη τρέφει
γένος τε θνητῶν· [2])

Quamvis enim sejuncta, tamen inde ab ipso divortio mutui amoris vinculis tenentur copulata coelum et terra, ita ut omnino societate arctissima se attingant stabili juncta connubio. Terra enim, sicca ac sterilis natura, cum sua sponte nihil gignere possit, aetheris amplexu semina recipiens ac quasi gravidata omne animantium genus ex gremii sui foecunditate emittit, plantas, volucres, feras, homines; inde verissime duo, Aethera et Terram, invocat tanquam numina, Aetherem (ὁ Αἰθήρ, ὁ Οὐρανός), ut originis auctorem, maritum perhibens patremque omnium rerum, Terram (ἡ Γῆ, ἡ Γαῖα, ἡ Δημήτηρ) nutrimenta suppeditantem significans matrem atque nutricem. Hanc doctrinam suam saepissime exposuit Euripides nec possumus, quin apportemus, quae huc pertinent dicta gravissima.

Incert. trag. fr. III. b.

Τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς ὅση θεός;
ἣν οὐδ᾽ ἂν εἴποις οὐδὲ μετρήσειας ἄν,
ὅση πέφυκε κἀφ᾽ ὅσον διέρχεται.
αὕτη τρέφει σὲ κἀμὲ καὶ πάντας βροτούς.
τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς,
ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος τὸ τοῦ θεοῦ.
ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ᾽, ὅταν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ.
ἐρᾷ δ᾽ ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.
ὅταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς ταὐτὸν δύο,
τίκτουσιν ἡμῖν πάντα κἀκτρέφουσ᾽ ἅμα
ὅθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

Chrys. fr. VI.

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθήρ,
ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
ἡ δ᾽ ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους
παραδεξαμένη τίκτει θνατοὺς,
τίκτει δὲ βορὰν, φῦλά τε θηρῶν,

---

[1]) Anax. fr. VIII. et XIX.

[2]) cf. Diod. Sic. I. 11. Ἔοικε δὲ περὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως οὐδ᾽ Εὐριπίδης διαφωνεῖν τοῖς προειρημένοις (exposuerat Diodorus antea sententias eorum, qui unum naturae vultum in orbe statuerant)· μαθητὴς ὢν Ἀναξαγόρου τοῦ φυσικοῦ. — Euripideis componas Ovidiana, quae sunt initio libri primi Metamorphoseon:

Ante mare et terras et quod tegit omnia coelum
Unus erat toto Naturae vultus in orbe,
Quem dixere Chaos; rudis indigestaque moles;
Nec quicquam nisi pondus iners; congestaque eodem
Non bene junctarum discordia rerum. (v. 5 — 9).
Quaque fuit tellus, innabilis unda,
Lucis egens aër; nulli sua forma manebat;
Obstabatque aliis aliud: quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humantia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
Hanc Deus et melior litem Natura diremit:
Nam coelo terras et terris abscidit undas,
Et liquidum spisso secrevit ab aëre coelum. (v. 14-23).
Sic ubi dispositam, quisquis fuit ille Deorum,
Congeriem secuit sectamque in membra redegit. (v. 32-33).
Haec super imposuit liquidum et gravitate carentem
Aethera nec quidquam terrenae faecis habentem. (v. 67-68).
Natus homo est, sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
Sive recens tellus seductaque nuper ab alto
Aethere cognati retinebat semina coeli. (v. 78 — 81).

ὅθεν οὐκ ἀδικιῶς
μήτηρ πάντων νενόμισται.

Alex. fr. XVI.

περισσόμυθος ὁ λόγος εὐγένειαν εἰ
βροτεῖον εὐλογήσομεν.
τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ᾽ ἐγενόμεθα
διὰ δ᾽ ἔκρινεν ἁ τεκοῦσα γᾶ βροτοὺς,
ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν sq.

Suppl. v. 201.

εἰ μὴ γὰρ ἦν τόδ᾽, οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει.
αἰνῶ δ᾽, ὃς ἡμῖν βίοτον ἐκ πεφυρμένου
καὶ θηριώδους θεῶν διεσταθμήσατο.

Hipp. v. 606.

ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ᾽ ἀναπτυχαὶ
οἵων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ᾽ ὄπα [1]).

Cf. Hipp. v. 679. *ἰὼ γᾶ καὶ φῶς* [2]) et v. 1025. *νῦν δ᾽ ὅρκιόν σοι Ζῆνα καὶ πέδον χθονὸς Ὄμνυμι.* — Cf. Orest. v. 1496. — Electr. v. 1177. — Med. v. 55. — v. 148. — v. 1246. — Phoen. v. 1306. — Jon. v. 1445. — Alcest. v. 243. — Hipp. v. 452. — Hipp. pr. fr. XVIII [3]).

Statuisse perinde Anaxagoram, aëre et aethere in terram delapsis ex hac omnes res secernendo procreari, fragmentorum reliquiis nihil quidem aperte docemur, sed vix est, quod dubitemus, praesertim cum praesto sint testimonia Varronis Reatini, Diogenis Laertii, Irenaei, Theophrasti. Cf. Varr. de Re rust. I. 40. Si sunt semina in aëre, ut ait physicus Anaxagoras. — Diog. L. II. 9. *ζῶα γενέσθαι ἐξ ὑγροῦ καὶ θερμοῦ καὶ γεώδους, ὕστερον δὲ ἐξ ἀλλήλων.* — Iren. adv. Haer. II. 14. Anaxarogas, qui et atheus cognominatus est, dogmatizavit, facta animalia seminibus e coelo in terram decidentibus. — Theophr. Hist. plant. III. 2. *Ἀναξαγόρας μὲν τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα· καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά* [4]).

Neque, quae ad finem rerum pertinent et exitum, in iis Euripides in alias partes abiit, verum Anaxagorae nihil vel oriri, vel interire, sed omnia secerni tantum aliaque forma indui

---

[1]) Schol. ad h. l. *ὡς φιλόσοφος δὲ γῆν καὶ ἥλιον ἐπιβοᾷ, ἐπεὶ ἀρχὴ πάντων εἰσίν.*

[2]) Schol. ad h. l. *πάλιν δὲ τὴν γῆν καὶ τὸ φῶς ἐπικαλεῖται, ὡς ἀναιτιώτατα στοιχεῖα.* — cf. Sext. Empir. adv. Mathem. X. 5, 315. *Ἐκ γῆς δὲ καὶ αἰθέρος [εἶναι τὴν γένεσιν] Εὐριπίδης, ὡς πάρεστιν ἐκδέξασθαι ἐκ τοῦ λέγειν αὐτόν· Αἰθέρα καὶ γαῖαν πάντων γενέτειραν ἀείδω.*

[3]) Euripideis lucem quandam afferre videntur, quae cecinit in Chryse Pacuvius:

Hoc vide circum supraque, quod complexu continet
Terram; nostri coelum memorant, Graji perhibent aethera;
Quidquid est hoc omnia is format, auget, alit, creat,
Sepelit recipitque in sese omnia; omnium idem est pater;
Mater est terra; ea parit corpus; animam aether adjugat:
Indidem eodemque oriuntur; de integro atque eodem occidunt.

Euripidis de aethere sententiam multis modis risui vertebat Aristophanes comicus in Nubibus, Thesmophoriazusis, Ranis, aliis fabulis. Luculentissima exempla observantur in Ran. v. 919. *Αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα* — in Thesm. v. 13.

.................οὕτω ταῦτα διεκρίθη τότε.
αἰθὴρ γὰρ, ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο,
καὶ ζῶ᾽ ἐν αὑτῷ ξυνετέκνου κινούμενα sq.

[4]) cf. Natal. Com. mythol. VII. 13. Nec me latet, quod quidam crediderunt, in generatione mundi, cum divisa fuerunt a summo opifice inter se elementa, omnia animalia primum sponte nata esse, atque ea quae plurimum haberent caloris, ad superiora lata facta esse volucres: quae multum haberent terrestrem mistionem, in numero reptilium atque terrestrium animalium constituisse terramque inhabitasse; at quae aquosae naturae accederent, mare et aquas inhabitasse, vocataque esse natantia. Sed enim cum terra postmodo calore Solis siccata condensataque fuisset, cessavisse hanc generationem et ex mutuo congressu animalia fuisse orta, ut sensit Anaxagoras physicus, cujus auditor ita scripsit in Melanippe: *ὡς οὐρανός τε γαῖά τ᾽ ἦν μορφὴ μία* sq.

censenti [1]) suffragatus saepius docuit, mortem formae tantum mutationem esse pristinae; quod intereat, non esse; omnia, unde profecta sint, in idem recidere; terrena redire ad terram, ad aethera reverti, quae sint originis aethereae.

Quae huc spectant Euripidea reperiuntur in Chrysippi fabulae deperditae fragmento sexto et in Supplicibus v. 533 sq., e quibus luculenter apparet, res non mori vel deleri, sed sejungi tantum, ut, cum menti ad aethera, corpori ad terram reditus sit, suae quodque naturae reddatur. His enim, quae modo (supra p. 11.) attulimus ex Chrysippo fabula, jure proxime adjunxisse Grotius videtur ea, quae sunt apud Philon. Jud. *π. ἀφθαρσ. κόσμου* p. 948. C. D. (ed. Hoesch.)

χωρεῖ δ᾽ ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
φύντ᾽ εἰς γαῖαν, τὰ δ᾽ ἀπ᾽ αἰθερίου
βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
πόλον ἦλθε πάλιν· θνήσκει οὐδὲν
τῶν γιγνομένων, διακρινόμενον δ᾽
ἄλλο πρὸς ἄλλου
μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε.

Suppl. v. 533.

.... *ὅθεν δ᾽ ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ᾽ ἀφίκετο*
ἐνταῦθ᾽ ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
τὸ σῶμα δ᾽ εἰς γῆν· οὔτι γὰρ κεκτήμεθα
ἡμέτερον αὐτὸ, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον.
κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν.

Eodem pertinent:

Hypsip. fr. VI.

.... *καὶ τάδ᾽ ἄχθονται βροτοὶ*
εἰς γῆν φέροντες γῆν·

Suppl. v. 1137.

βεβᾶσιν, οὐκ ἔτ᾽ εἰσί σοι, μᾶτερ, τέκνα.
βεβᾶσιν. αἰθὴρ ἔχει νιν ἤδη,
πυρὸς τετακότας σποδῷ.

Helen. v. 1020.

...... *ὁ νοῦς*
τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ᾽ ἔχει
ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ᾽ ἐμπεσών.

Incert. trag. fr. CXXVII.

ὁ δ᾽ ἄρτι θάλλων σῶμα, διοπετὴς ὅπως
ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ᾽ ἀφεὶς εἰς αἰθέρα.

Incert. trag. fr. CLIV.

βάσομαί τ᾽ ἐς αἰθέρα πολὺν
ἀερθεὶς, Ζηνὶ προσμίξων.

Helen. v. 1239.

νεφέλης λέγεις ἄγαλμ᾽; ἐς αἰθέρ᾽ οἴχεται.

Orest. v. 1085.

μήθ᾽ αἷμά που δέξαιτο κάρπιμον πέδον
μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, εἴ σ᾽ ἐγὼ προδούς ποτε
ἐλευθερώσας τοὐμὸν ἀπολίποιμί σε.

Iphig. T. v. 1466. *γυναῖκες ψυχοῤῥαγεῖς.* — Herc. fur. v. 324. *τέκνα ψυχοῤῥαγοῦντα.* — Alc. v. 19. *η ψυχοῤῥαγοῦσα.* — v. 141. *ἤδη προνωπής ἐστι καὶ ψυχοῤῥαγεῖ.* — Phoen. v. 822. — Cf. Schol. ad Orest. v. 1085. *μήτε τὸ σῶμά μου, φησὶν, ἀποθανόντος ἡ γῆ παραδέξαιτο, μήτε εἰς αἰθέρα ἡ ἐμὴ ψυχὴ χωρήσοι, εἴ σε προδοίην τανῦν. τουτέστι μὴ ἐνωθείην τοῖς στοιχείοις τελευτήσας. οἱ γὰρ ἀποθνήσκοντες κατ᾽ αὐτοὺς εἰς τὰ στοιχεῖα ἀναλύονται, ἐξ ὧν εἰσίν.* —

His ita breviter expositis pergere licet ad alteram, quae restat, quaestionis partem. Neque

---

[1]) cf. Anax. fr. XXII. — Plut. de plac. philos. I. 389. *Ἀναξαγόρας ὁμοίων τὴν φύσιν σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, τουτέστι γένεσιν καὶ φθοράν.* — V. 482. *ὡς καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Εὐριπίδης. θνήσκει δ᾽ οὐδὲν, μεταμειβόμενα δὲ ἄλλο πρὸς ἄλλο μορφὰς ἔδειξεν.* — V. 489. *εἶναι δὲ καὶ ψυχῆς θάνατον τὸν διαχωρισμόν* (i. e. *διάκρισιν*). — Heracl. Pont. Alleg. Homer. p. 76. (ed. Schow.) *ἀλλ᾽ ὁ Κλαζομένιος Ἀναξαγόρας κατὰ διαδοχὴν γνώριμος ὢν Θάλητος συνέζευξε τῷ ὕδατι δεύτερον στοιχεῖον τὴν γῆν, ἵνα ξηρῷ μιχθὲν ὑγρὸν ἐξ ἀντιπάλου φύσεως εἰς μίαν ὁμόνοιαν ἀνακραθῇ.* — *Διὸ δὴ τοῖς Κλαζομενίοις δόγμασιν ἑπόμενος Εὐριπίδης φησί· χωρεῖ δ᾽ ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντα εἰς γαῖαν, τά δ᾽ ἀπ᾽ αἰθρίου βλαστόντα γονῆς εἰς αἰθέρα.*

enim sat habemus physicorum rationes perspexisse, sed illud insuper enucleandum videtur, iis quo pacto usus sit poeta in vita moribusque instituendis. Anaxagoras enim aliique physici quam vivendi rationem deprompserint ex iis, quae de rerum natura statuerant, temporum injuria cum fere lateat et in occulto sit [1]): perquam contigit opportune, ut, quae ab Euripide proposita sunt de natura rerum humanarum, de corpore et mente, de vitae mortisque statu et quae sunt id genus alia, conferre liceat cum physicis ejusdem quae dicunt decretis. Rectissime enim initio diatribes suae Valckenarius ait, Euripidis in scena Philosophi sententias plerasque comparatas esse ad humanitatis virtutisque pulchritudinem commendandam aut emendandos mores: sed neque ab hoc neque ab alio quodam animadversum vel declaratum est, omnia haec fluxisse ex physica ista philosophia. Adeo vero Euripides non abstinuit ab investigandis rationibus vitae humanae, ut omne studium insumpserit iis explicandis et illustrandis. Diligenter igitur quaesivit, qua in re posita sit hominis praestantia ac dignitas; pervestigavit non id solum, ubi sit mens et unde, verum quid sit et qualis; pensitavit, quae origines sint mali et caussae et fines; indagavit, quales in vita homines praestare sese debeant ac post vitam qualis eos excipiat status et conditio [2]). Ceterum opus est sanequam difficile et operosum, ex iis, quae per tantam fabularum copiam ac varietatem diffusa latent, eruendo colligere et ad certam justae doctrinae exigere descriptionem atque normam. Accedit, quod haud raro dubitanter sua exprompsit poeta, ut, nisi totam ejus doctrinam compertam habeas, vel inter legendum saepius incertus haereas, quae sit ejus sententia. Et multum abest, ut quaecunque prolatae sint sententiae, omnes arbitremur ita ex animo Euripidis profectas esse, ut, quod ipse sentiret, semper patefacerent, immo diversissima manifestum est passim offerri pronuntiata, quae repugnare potius inter se, quam congruere videantur. Itaque singulis iterum iterumque comparatis successit paulatim, sparsa ac dissipata, quantum equidem judico, tamquam in quadrum redigere tandemque id nobis assequuti videmur, ut, quae fuerit Euripidis mens et doctrina, possimus rite patefacere.

---

[1]) Schneither. l. c. p. 12. Hujus (Anaxagorae) vero disciplina imprimis versabatur in rebus physicis et iis, quae eo tempore hoc nomine quoque comprehendebantur, nunc vero metaphysicorum nomine celebrantur. De Deo ejusque natura et potentia, de ortu et conservatione mundi, de vi quam in homines excercent Deus et fatum, de animo ejusque statu; tales erant quaestiones, quas Anaxagoras magno audientium plausu tractare erat solitus.

[2]) Alcest. v. 965.

Ἐγὼ καὶ διὰ Μούσας καὶ μετάρσιος ἦξα, καὶ
πλεῖστον ἁψάμενος λόγων.

Incert. trag. fr. CLXXXVI.

πολλάκι μοι πραπίδων διῆλθε φροντὶς
εἴτε τύχα εἴτε δαίμων
τὰ βρότεια κραίνει.

Incert. trag. fr. CLV.

πέμψον μὲν φῶς ψυχᾶς ἀνέρων
τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν,
πόθεν ἔβλαστον, τίς ῥίζα κακῶν sq.

Helen. v. 1154.

Ὅ, τι θεὸς, ἢ μὴ θεὸς, ἢ τὸ μέσον
τίς φαίη ἐρευνήσας
βροτῶν;

Incert. trag. fr. CLIII.

Ὄλβιος ὅστις τῆς ἱστορίας
ἔσχε μάθησιν, μήτε πολιτῶν
ἐπὶ πημοσύνῃ, μήτ' εἰς ἀδίκους
πράξεις ὁρμῶν,
ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσεως
κόσμον ἀγήρω, πῇ τε συνέστη,
καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως.

Quaecunque de natura humana in medium protulit Euripides, omnia manasse videntur e physico isto decreto, quo aethere divino in terrae amplexus descendente rerum quasi semina voluit effundi. In qua opinione cum sibi constare non posset, nisi si rerum animantium omni generi aetheris vel divinae mentis partem attribueret, ita ut ab aethere nihil vacaret prorsus communeque aliquid haberent stirpes, animalia, homines [1]): hominum tamen naturam omnes anteire animantes variamque esse in ipsis hominibus ac diversam mentis et vim et usum diserte pronuntiavit poeta.

Sunt enim affatim multa eaque maxima, quibus homines animantibus reliquis praestant. Ut nonnulla commemorem, instructi sumus lingua, qua cum aliis colloquamur et mentis cogitata explicemus; deinde possumus non solum, quae ad vitam sustentandam necessaria sunt, nobis comparare, verum etiam alienarum terrarum commoda percipere et in nos derivare; iidem possumus aedificia exstruendo frigus et aestum defendere. Quas omnes res singulari disputatione persequitur Theseus in Supplicibus, in errore esse demonstrans eos, qui bona dicant praeponderari malis.

Suppl. v. 197. sq.

.... ἔλεξε γάρ τις, ὡς τὰ χείρονα
πλείω βροτοῖσιν ἐστὶ τῶν ἀμεινόνων.
ἐγὼ δὲ τούτοις ἀντίαν γνώμην ἔχω,
πλείω τὰ χρηστὰ τῶν κακῶν εἶναι βροτοῖς.
εἰ μὴ γὰρ ἦν τόδ', οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει.
αἰνῶ δ', ὃς ἡμῖν βίοτον ἐκ πεφυρμένου
καὶ θηριώδους θεῶν διεσταθμήσατο·
πρῶτον μὲν ἐνθεὶς σύνεσιν· εἶτα δ' ἄγγελον
γλῶσσαν λόγων δοὺς, ὥστε γιγνώσκειν ὄπα.
τροφήν τε καρποῦ, τῇ τροφῇ τ' ἀπ' οὐρανοῦ
σταγόνας ὑδρηλὰς, ὡς τά γ' ἐκ γαίας τρέφῃ,
ἄρδῃ τε νηδύν. πρὸς δὲ τοῖσι χείματος
προβλήματ', αἶθον ἐξαμύνασθαι θεοῦ.
πόντου τε ναυστολήμαθ', ὡς διαλλαγὰς
ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν, ὧν πένοιτο γῆ.

Ex omnibus autem, quae hominibus sunt propria, primarium est illud, quod aetheri vis in nobis plane alia est, quam in animantibus. Videlicet in reliquis tantum est pondus terrenarum partium, ut aetheris efficacia sit admodum modica minimeque exculta et expolita. Etenim in animalibus etiam virtutis vestigia quaedam ac documenta comparere, quamquam Euripides

---

[1]) cf. Schol. ad Eurip. Hec. v. 177. *ψυχὴ σημαίνει τὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ λογικὴν ψυχὴν καὶ τὴν ἐν τοῖς ζώοις τοῖς ἀλόγοις καὶ τοῖς φυτοῖς.* — Porphyr. de abstin. III. 25. p. 135. *συγγενὲς ἡμῖν τὸ τῶν λοιπῶν ζώων γένος. καὶ γὰρ τροφαὶ πᾶσαι αἱ αὐταὶ πᾶσιν αὐτοῖς καὶ πνεύματα, ὡς Εὐριπίδης καὶ*

.... φοινίους ἔχει ῥοὰς
τὰ ζῶα πάντα·

Quae quatenus Anaxagoreis congruant, facillime potest exputari. Audias enim Platonem in Cratyl. 413. C. *τὸ δίκαιον ὃ λέγει Ἀναξαγόρας νοῦν εἶναι τοῦτο, αὐτοκράτορα γὰρ αὐτὸν ὄντα καὶ οὐδενὶ μεμιγμένον, πάντα φησὶν αὐτὸν κοσμεῖν τὰ πράγματα διὰ πάντων ἰόντα·* Aristotelemque in libr. de Anima I. 2. *Ἀναξαγόρας δὲ ἧττον διασαφεῖ περὶ αὐτῶν. πολλαχοῦ μὲν γὰρ τὸ αἴτιον τοῦ καλῶς καὶ ὀρθῶς τὸν νοῦν λέγει. ἑτέρωθι δὲ τὸν νοῦν εἶναι τὸν αὐτὸν τῇ ψυχῇ· ἐν ἅπασι γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν τοῖς ζώοις καὶ μεγάλοις καὶ μικροῖς καὶ τιμίοις καὶ ἀτιμιωτέροις* (Anax. fr. VIII.). — Aristot. de Plant. I. 1. *ὁ δὲ Ἀναξαγόρας καὶ ὁ Δημόκριτος καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ νοῦν καὶ γνῶσιν ἔχειν εἶπον τὰ φυτά.* — Joann. Philop. ad Arist. de Anima I. — cf. Schol. ad Arist. Nub. v. 234. *ἡ γῆ βίᾳ ἕλκει πρὸς αὐτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος] τουτέστι τὸ νοητικὸν καὶ γονιμώτατον τῆς ψυχῆς. φασὶ γὰρ οἱ φιλόσοφοι καὶ περὶ τὴν κρᾶσιν τῶν ἀέρων τὸ ὀξύτερον ἢ τὸ ἀραιότερον ἐπιβάλλειν τοῖς θείοις. Διαπαίζει δὲ τὰ τῶν φιλοσόφων ἡ κωμῳδία. λόγος γὰρ παρ' ἐκείνοις, ὡς ὄντως ἐπισπᾶται εἰς ἑαυτὴν τὰς ὑποκειμένας οὐσίας ἡ γῆ.* — v. 265. *ἀμέτρητ' ἀὴρ] τοῖς φιλοσόφων λόγοις ἀέρα βούλεται εἶναι τὸ πᾶν· οἳ καὶ τὴν ἐν ἡμῖν ψυχὴν ἀέρα καὶ πνεῦμα ἐδογματίσαντο.* —

non obscure significavit, velut in Troadibus v. 668. sq. [1]), statim subjicit tamen nec lingua ea ornata esse nec intelligentia naturamque animalia nacta esse minus aptam ac praestantem. At homines instructi sumus commodissima corporis structura et, quod majus est, intelligendi facultate, quam *σύνεσιν* (*νοῦν*) vocat philosophus, sic ut res divinas humanasque, honestas et justas, mente comprehendere queamus; in homine mentis acies est ea, qua cognoscat atque cogitatione non modo amplectatur, sed persequatur etiam, quid sit bonum, honestum, justum [2]). Jam si quaerimus, cum in quoque homine mens vigeat divina, quid sit, cur non omnes eodem studio propensi sint ad ea, quae virtutibus consentanea sunt: id probe hic reputandum est, non mentem solam datam esse nobis, sed ex Terra secretum et natum esse corpus, quo incitante homines saepenumero ad omnes fere cupiditates rapiuntur et ad pessima quaeque [3]). In coelesti mente inest, quo sana intelligamus atque honesta; corpus autem, quippe quod naturam ac partes suas e terra exhauriebat, habet, quibus incensi corrupta depravataque mente removemur haud raro a persequendis rebus bonis, adducimur ad amplectenda mala, improba [4]). Unde fit, ut in homine perpetua quaedam moveatur utriusque elementi contentio; ex hac parte pugnant omnes,

---

1) **Troad. v. 668.**
ἀπέπτυσ' αὐτήν, ἥτις ἄνδρα τὸν πάρος
καινοῖσι λέκτροις ἀποβαλοῦσ' ἄλλον φιλεῖ.
ἀλλ' οὐδὲ πῶλος, ἥτις ἂν διαζυγῇ
τῆς συντραφείσης, ῥᾳδίως ἕλκει ζυγόν·
καίτοι τὸ θηριῶδες ἄφθογγόν τ' ἔφυ,
συνέσει τ' ἄχρηστον, τῇ φύσει τε λείπεται.

Dictyis fr. IV.
εἷς γάρ τις ἐστὶ κοινὸς ἀνθρώποις νόμος,
καὶ θεοῖσι τοῦτο δόξαν, ὡς σαφῶς λέγω,
θηρσίν τε πᾶσι, τέκνα τίκτουσιν φιλεῖν.
τὰ δ' ἄλλα χωρὶς χρώμεθ' ἀλλήλων νόμοις.

2) **Iphig. A. v. 375.**
.... νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν
πόλεως· ὡς ἄρχων ἀνὴρ πᾶς, ξύνεσιν ἢν ἔχων τύχῃ·

Orest. v. 525.
ἐπεὶ τίν' εἶχες, ὦ τάλας, ψυχὴν ποτὲ,
ὅτ' ἐξέβαλε τὸν μαστὸν ἱκετεύουσά σε
μάτηρ;

3) **Belleroph. fr. III.**
ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κακή·

Orest. v. 126.
ὦ φύσις, ἐν ἀνθρώποισιν ὡς μέγ' εἶ κακόν,
σωτήριόν τε τοῖς καλῶς κεκτημένοις.

4) Terra est tamquam mater et nutrix malorum. cf. Troad. v. 766.
ὦ Τυνδάρειον ἔρνος, οὔποτ' εἶ Διός,
πολλῶν δὲ πατέρων φημί σ' ἐκπεφυκέναι·
ἀλάστορος μὲν πρῶτον, εἶτα δὲ φθόνου,
φόνου τε, θανάτου θ', ὅσα τε γῆ τρέφει κακά.
οὐ γάρ ποτ' αὐχῶ Ζῆνά γ' ἐκφῦσαί σ' ἐγὼ
πολλοῖσι κῆρα βαρβάροις, Ἕλλησί τε.

Hecub. v. 1168.
γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει
τοιόνδ'.

Inus fr. X.
τίς ἆρα μήτηρ ἢ πατὴρ κακὸν μέγα
βροτοῖς ἔφυσε τὸν δυσώνυμον φθόνον;
ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;
ἐν χερσὶν ἢ σπλάγχνοισιν ἢ παρ' ὄμματα
ἔσθ' ἡμῖν; ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας
τομαῖς ἀφαιρεῖν ἢ ποτοῖς ἢ φαρμάκοις
πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

Sirenes apud Euripidem (in Helenae fab. v. 166.) nominantur Terrae filiae idque, ni fallor, nullam aliam ob caussam, quam quod Sirenes ipsas nihil aliud esse credidit, quam voluptates earumque titillationes. cf. Natal. Com. mytholog. VII. 13. — cf. Barnes. ad Eurip. Jon. v. 989. *'Ενταῦθα Γοργόν' ἔτεκε Γῆ, δεινὸν τέρας.* „Quod Gorgon fuerit Terrae filia, haec fere ita sumenda, ut notavimus de Polyphemo ad Cyclop. v. 644, ubi dicitur et is Terrae filius, quamquam illum ipse Euripides alias Neptuno satum agnoscat; ob stolidam nempe ferociam et Diis contrariam impietatem." — In Hercule furente Lyssa dea Noctis filia vocatur, nata ex Nocte Coelique sanguine. cf. v. 822. *θαρσεῖτε, Νυκτὸς τήνδ' ὁρῶντες ἔκγονον Λύσσαν.*
ἐξ εὐγενοῦς μὲν πατρὸς, ἔκ τε μητέρος
πέφυκα, Νυκτὸς Οὐρανοῦ τ' ἀφ' αἵματος. (v. 842 sq.)
Νυκτὸς κελαινῆς ἀνυμέναιε παρθένε. (v. 834.)

cf. **Meleagr. fr. XXI.**
ἡ γὰρ Κύπρις πέφυκε τῷ σκότῳ φίλη,
τὸ φῶς δ' ἀνάγκην προστίθησι σωφρονεῖν.

quae corporis sunt libidines et incitamenta, illinc vis certat divina, qua ad omne virtutum genus adspirare et optima quaeque amplecti juvamur; hinc virtus ingenita, illinc innatae corporis libidines; hinc irae et affectionum vis, illinc prudentia et consilii vigor; hinc intemperantia, illinc castitatis immunitas; hinc invidiae pestis et discordia, illinc fides et veritatis studium.

Neutiquam igitur eam philosophus amplexus fuerat sententiam, qua suscepta omnis virtus tollitur, non situm esse in potestate nostra, boni an mali evaderemus [1]): quin immo est hominis bene constituti, et virorum et mulierum [2]), faces libidinum exstinguere, prava repellere,

---

[1]) Inter parentum natorumque naturam et ingenium maxima intercedit similitudo ac liberi quam plurimum recipiunt genitorum vitia et virtutes; attamen non negavit Euripides, in bona disciplina adjumentum positum esse non mediocre virtutis amplectendae, cum plurimum intersit, quibusnam rebus tenerorum animi imbuantur. Velim attente legas, quae voluntaria Polyxenae morte nuntiata ab Hecuba disputantur in Hecuba fabula v. 589 sq. — Conferas praeterea Suppl. v. 913 sq. — Iphigen. A. v. 563 et v. 926 sq. — Peliad. fr. X. — Meleagr. fr. VIII. — Helen. v. 947 sq. — Alcmaeon. fr. VII. — Dictyis fr. XV. — Antig. fr. XI. — Phoenic. fr. XII. — Incert. trag. fr. LXIII. — Belleroph. fr. XI. — Electr. v. 370 sq. — Meleagr. fr. XII. —

[2]) Ni omnia falluntur, Euripides persecutus philosophiae suae rationes cum aliis censuit, feminis ab ortu ingeneratam esse majorem vim faecis terrenae, divinae originis minorem, quam viris.

cf. Inus fr. VIII.

ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος
πέφυκεν ἀνδρῶν· ἔν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς
πολλῷ λέλειπται κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖς πλέον.

Med. 408.

...... πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
γυναῖκες, εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

Androm. v. 219.

...... καίτοι χεῖρον' ἀρσένων νόσον
ταύτην νοσοῦμεν (sc. *γυναῖκες*).

Suppl. v. 1102.

...... ἀρσένων δὲ μείζονες
ψυχαί, γλυκεῖαι δ' ἧσσον εἰς θωπεύματα.

Orest. v. 1202.

ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη,
τὸ σῶμα δ' ἐν γυναιξὶ θηλείαις πρέπον·

Cf. Arist. de Gener. animal. I. 2. *διὸ καὶ ἐν τῷ ὅλῳ τὴν τῆς γῆς φύσιν ὡς θῆλυ καὶ μητέρα νομίζουσιν, οὐρανὸν δὲ καὶ ἥλιον ἤ τι τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὡς γεννῶντας καὶ πατέρας προσαγορεύουσιν.* — II. 1. *διὸ γένος ἀεὶ ἀνθρώπων καὶ ζώων ἐστὶ καὶ φυτῶν. ἐπεὶ δὲ τούτων ἀρχὴ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν, ἕνεκα τῆς γενέσεως ἂν εἴη τό θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν ἐν τοῖς οὖσιν. βελτίονος δὲ καὶ θειοτέρας τὴν φύσιν οὔσης τῆς αἰτίας τῆς κινούσης πρώτης, ᾗ ὁ λόγος ὑπάρχει καὶ τὸ εἶδος τῆς ὕλης, βέλτιον καὶ τὸ κεχωρίσθαι τὸ κρεῖττον τοῦ χείρονος. διὰ τοῦτο ἐν ὅσοις ἐνδέχεται καὶ καθ' ὅσον ἐνδέχεται, κεχώρισται τοῦ θήλεος τὸ ἄῤῥεν. βέλτιον γὰρ καὶ θειότερον ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ᾗ ἄῤῥεν ὑπάρχει τοῖς γινομένοις. ὕλη δὲ τὸ θῆλυ.* — II. 3. *τὸ γὰρ θῆλυ ὥσπερ ἄῤῥεν ἐστὶ πεπηρωμένον* sq. — IV. 6. *ἀσθενέστερα γάρ ἐστι καὶ ψυχρότερα τὰ θήλεια τὴν φύσιν καὶ δεῖ ὑπολαμβάνειν ὥσπερ ἀναπηρίαν εἶναι τὴν θηλύτητα φυσικήν.* — Plat. Symp. p. 181. *ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν τρέπονται, τὸ φύσει ἐῤῥωμενέστερον καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες.* Id. l. c. p. 190. *ἦν δὲ διὰ ταῦτα τρία τὰ γένη καὶ τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν ἄῤῥεν ἦν τοῦ ἡλίου τὴν ἀρχὴν ἔκγονον, τὸ δὲ θῆλυ τῆς γῆς.* — Arist. Poet. c. 15. *καὶ γὰρ γυνή ἐστι χρηστὴ καὶ δοῦλος. καίτοι γε ἴσως τούτων τὸ μὲν χεῖρον, τὸ δὲ ὅλως φαυλόν ἐστιν.* — Valck. l. c. p. 29. b. „Ariostoteli *περὶ Ζώων γενέσεως* IV. p. 269. 14. statuisse dicuntur *Ἀναξαγόρας καὶ ἔνιοι τῶν φυσιολόγων, γίνεσθαι ἐκ τοῦ ἄῤῥενος τὸ σπέρμα, τὸ δὲ θῆλυ παρέχειν τὸν τόπον.* Haec constans Euripidae quoque fuit sententia, qui, dum patrem appellat *τὸν φύσαντα· τὸν φυτεύσαντα· τὸν φυτοῦργον· τὸν ἀροτῆρα· τὸν τοῦ γένους ἀρχηγέτην·* huic ut originis auctori omnia liberos debere statuit; matri *τῇ τροφὰς ὑποστάσῃ* nihil adeo praeter nutrimenta, quam instar humi semen recipientis considerabat: ejus Orestes in

Oreste v. 551.

πατὴρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς,
τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα.
ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν.
ἐλογισάμην οὖν τῷ γένους ἀρχηγέτῃ
μᾶλλον μ' ἀμῦναι τῆς ὑποστάσης τροφάς.

In fragm. incerti dramatis Eurip. ap. Stobaeum p. 455. 22. filius ad matrem sic loquitur, ut multo se plus patri debere significet:

στέργω δὲ τὸν φύσαντα τῶν πάντων βροτῶν
μάλισθ', ὁρίζω τοῦτο, καὶ σὺ μὴ φθόνει.
κείνου γὰρ ἐξέβλαστον· οὐδ' ἂν εἷς ἀνὴρ
γυναικὸς αὐδήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρός.“

Attamen non ita judicavit Physicus, ut feminis diceret nulla ratione licere laudem adipisci divinae praestantiae; quin immo saepissime mulieres tamquam virilem nactas naturam ac mentem philosophantes in scenam induxit, velut Melanippen sapientem, Phaedram, Medeam, Iphigeniam, Andromachen alias.

justa exsequi; praestat, bonis incumbere rebus, quam malis contaminari cupiditatibus [1]). Quanta vero impedimenta et pericula superanda sint iis, qui bona sectantur, quantaque sit corporis potentia ac voluptatum blanda varietas, cum alia multa, tum insigne docet exemplum Medeae, ubi haec effert v. 1037. sq.:

ὑμεῖς δὲ μητέρ᾽ οὐκέτ᾽ ὄμμασιν φίλοις
ὄψεσθ᾽, ἐς ἄλλο σχῆμ᾽ ἀποστάντες βίου·
φεῦ, φεῦ· τί προσδέρκεσθέ μ᾽ ὄμμασιν, τέκνα;
τί προσγελᾶτε τὸν πανύστατον γέλων;
αἶ, αἶ· τί δράσω; καρδία γὰρ οἴχεται.
γυναῖκες, ὄμμα φαιδρὸν ὡς εἶδον τέκνων,
οὐκ ἂν δυναίμην. χαιρέτω βουλεύματα
τὰ πρόσθεν· ἄξω παῖδας ἐκ γαίας ἐμούς.
τί δεῖ με, πατέρα τῶνδε τοῖς τούτων κακοῖς
λυποῦσαν, αὐτὴν δὶς τόσα κτᾶσθαι κακά;
οὐ δῆτ᾽ ἔγωγε· χαιρέτω βουλεύματα.
καίτοι τί πάσχω; βούλομαι γέλωτ᾽ ὄφλειν,
ἐχθροὺς μεθεῖσα τοὺς ἐμοὺς ἀζημίους;
τολμητέον τάδ᾽. ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης,
τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενί.
χωρεῖτε, παῖδες, εἰς δόμους. ὅτῳ δὲ μὴ
θέμις παρεῖναι τοῖς ἐμοῖσι θύμασιν,
αὐτῷ μελήσει. χεῖρα δ᾽ οὐ διαφθερῶ.
ἆ, ἆ. μὴ δῆτα, θῦμε, μὴ σύ γ᾽ ἐργάσῃ τάδε·
ἔασον αὐτούς, ὦ τάλαν, φεῖσαι τέκνων·
ἐκεῖ μεθ᾽ ἡμῶν ζῶντες, εὐφρανοῦσί σε.
μὰ τοὺς παρ᾽ ᾅδην νερτέρους ἀλάστορας,
οὔτοι ποτ᾽ ἔσται τοῦθ᾽, ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ
παῖδας παρήσω τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι.
πάντως σφ᾽ ἀνάγκη κατθανεῖν· ἐπεὶ δὲ χρή,
ἡμεῖς κτενοῦμεν, οἵπερ ἐξεφύσαμεν.
πάντως πέπρακται ταῦτα, κοὐκ ἐκφεύξεται.
καὶ δὴ ᾽πὶ κρατὶ στέφανος, ἐν πέπλοισί τε
νύμφη τύραννος ὄλλυται· σάφ᾽ οἶδ᾽ ἐγώ.
ἀλλ᾽ εἶμι γὰρ δὴ τλημονεστάτην ὁδόν,
καὶ τούσδε πέμψω τλημονεστέραν ἔτι.
παῖδας προσειπεῖν βούλομαι· δότ᾽, ὦ τέκνα,
δότ᾽, ἀσπάσασθε, μητρὶ δεξιὰν χέρα.
ὦ φιλτάτη χείρ, φίλτατον δέ μοι στόμα
καὶ σχῆμα καὶ πρόσωπον εὐγενὲς τέκνων,
εὐδαιμονοῖτον· ἀλλ᾽ ἐκεῖ· τὰ δ᾽ ἐνθάδε
πατὴρ ἀφεῖλετ᾽. ὦ γλυκεῖα προσβολή,
ὦ μαλθακὸς χρώς, πνεῦμά θ᾽ ἥδιστον τέκνων.
χωρεῖτε, χωρεῖτ᾽. οὐκέτ᾽ εἰμὶ προσβλέπειν
οἵα τ᾽ ἐς ὑμᾶς, ἀλλὰ νικῶμαι κακοῖς.
καὶ μανθάνω μέν, οἷα τολμήσω κακά·
θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,
ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς [2]).

---

cf. Med. v. 1077.
πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων
μύθων ἔμολον καὶ πρὸς ἁμίλλας
ἦλθον μείζους, ἢ χρὴ γενεὰν
θῆλυν ἐρευνᾶν; ἀλλὰ γὰρ ἔστιν
μοῦσα καὶ ἡμῖν, ἣ προσομιλεῖ
σοφίας ἕνεκεν. πάσαισι μὲν οὔ.
παῦρον γὰρ δὴ γένος ἐν πολλαῖς
εὕροις ἂν ἴσως
οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν.

cf. Schol. ad h. l. — cf. Plat. de Republ. V. 455. πάντων μὲν μετέχει γυνὴ ἐπιτηδευμάτων κατὰ φύσιν, πάντων δὲ ἀνήρ, ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀσθενέστερον γυνὴ ἀνδρός. — ἔστι γὰρ καὶ γυνὴ ἰατρική, ἡ δ᾽ οὔ, καὶ μουσική, ἡ δ᾽ ἄμουσος φύσει· sq.

1) **Androm. v. 780.**
κρεῖσσον δὲ νίκαν μὴ
κακόδοξον ἔχειν,
ἢ σὺν φθόνῳ σφάλλειν
δύναμει τε δίκαν.
ἡδὺ μὲν αὐτίκα τοῦτο βροτοῖσιν,
ἐν δὲ χρόνῳ τελέθει ξηρόν. sq.

Hippol. pr. fr. XVII.
ὦ μάκαρ, οἵας ἔλαχες τιμάς,
Ἱππόλυθ᾽ ἥρως, διὰ σωφροσύνην.
οὔποτε θνητοῖς ἀρετῆς ἄλλη
δύναμις μείζων. ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ᾽
ἢ μετόπισθεν
τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.

2) **Med. v. 37.**
βαρεῖα γὰρ φρήν, οὐδ᾽ ἀνέξεται κακῶς πάσχουσ᾽
.... φυλάσσοισθ᾽ ἄγριον ἦθος,
στυγεράν τε φύσιν, φρενὸς αὐθάδους. (v. 102 sq.)

Nec in Hippolyto fabula Phaedra, quamvis diu ac multum resistens, in prava quaeque non implicatur. cf. Hipp. v. 375.

ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ
θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται βίος.
καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν
πράσσειν κάκιον. ἔστι γὰρ τόγ' εὖ φρονεῖν
πολλοῖσιν, ἀλλὰ τῇδ' ἀθρητέον τόδε.
τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν,
οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'. οἱ μὲν ἀργίας ὕπο,
οἱ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ
ἄλλην τίν'. εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου,
μακραί τε λέσχαι καὶ σχολή, τερπνὸν κακόν,
αἰδώς τε. δισσαὶ δ' εἰσίν. ἡ μὲν οὐ κακή,
ἡ δ' ἄχθος οἴκων. εἰ δ' ὁ καιρὸς ἦν σαφής
οὐκ ἂν δύ' ἤστην ταὔτ' ἔχοντε γράμματα.
ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω προγνοῦσ' ἐγώ,
οὐκ ἔσθ' ὁποίῳ φαρμάκῳ διαφθερεῖν
ἔμελλον, ὥστε τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν.
λέξω δὲ καὶ σοὶ τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν.
ἐπεί μ' ἔρως ἔτρωσεν, ἐσκόπουν, ὅπως
κάλλιστ' ἐνέγκαιμ' αὐτόν. ἠρξάμην μὲν οὖν
ἐκ τοῦδε, σιγᾶν τήνδε καὶ κρύπτειν νόσον.
γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστόν. ἣ θυραῖα μὲν
φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται,
αὐτὴ δ' ὑφ' αὑτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά.
τὸ δεύτερον δὲ, τὴν ἄνοιαν εὖ φέρειν,
τῷ σωφρονεῖν νικῶσα, προὐνοησάμην.
τρίτον δ', ἐπειδὴ τοῖσιν οὐκ ἐξήνυτον
κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι
κράτιστον [1]).

In eandem fere partem interpreteris velim, quae leguntur apud Clem. Alex. (Strom. II. p. 388. 73. b.) et in Chrysippo fabula (fr. I.) pronuntiata videntur.

Λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ' ὧν σu νουθετεῖς,
γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

Chrys. fr. II.

αἶ αἶ τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακόν,
ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.

Hipp. v. 361.

οἱ σώφρονες γὰρ οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὅμως
κακῶν ἐρῶσιν.

Antiop. fr. XXXIX.

πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν.
γνώμῃ φρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν
ψυχῇ, τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

Archel. fr. XXXVI.

πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσεν βροτῶν
ἥ τ' ἀξυνεσία, δύο κακὼ τῷ χρωμένῳ.

Incert. trag. fr. VIII.

τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν φρενῶν
εἰς συμφορὰν ἵστησι πολλὴν δὴ βροτούς.

Hec. v. 299.

Ἑκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ
τὸν εὖ λέγοντα δυσμενῆ ποιοῦ φρενί [2]).

Oenom. fr. III.

ἕν ἐστι πάντων πρῶτον εἰδέναι τόδε,
φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως.
χοὗτός γ' ἀνὴρ ἄριστος, αἵ τε συμφοραὶ
ἧσσον δάκνουσιν. ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν
ἐπιστάμεσθα, δρᾶν δ' ἀμηχάνως ἔχει.

δῆλον δ' ἐξ ἀρχῆς ἐξαιρόμενον
νέφος οἰμωγῆς, ὡς τάχ' ἀνάψει
μείζονι θυμῷ, τί ποτ' ἐργάσεται
μεγαλόσπλαγχνος, δυσκατάπαυστος
ψυχή, δηχθεῖσα κακοῖσιν. (v. 106 sq.)
οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις
τραχεῖαν ὀργήν, ὡς ἀμήχανον κακόν. (v. 446 sq.)
σοὶ δ' ἔστι μὲν νοῦς λεπτός. (v. 529.)

[1]) Schol. ad h. l. *οὐκ ἀγνοίᾳ μοι δοκοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἐκπίπτειν εἰς τὰ ἁμαρτήματα, ὅπου γε πολλοὶ καὶ εὖ φρονοῦντες καὶ αἰσθανόμενοι κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἐκπίπτουσιν εἰς τὸ κακόν. — οὐχ ἁμαρτίᾳ δὲ τῆς γνωμικῆς φύσεως, ὅπου γε πολλοὶ αἰσθανόμενοι τὸ ἀγαθόν, προκρίνουσιν αὐτοῦ τὸ κακόν.*

[1]) cf. Schol. ad. h. l. *ὦ Ἑκάβη, διδάσκου ἤτοι μάνθανε, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ μέρει, τῆς ψυχῆς δηλονότι, ἤτοι ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, τὸν εὖ λέγοντα ποιοῦ δυσμενῆ καὶ ἐχθρὸν ἐν τῇ φρενὶ καὶ ἐν τῷ λογισμῷ. — εἰς τρία μεριζο-*

Inde diversissima hominum ingenia [1]), prava bona; sunt, qui cupiditatibus non suppressis corpori potius indulgeant, quam mentis virtutibus; sunt, etiam certando qui nihil proficientes huc illuc trahantur, quocunque tulerint libidines tandemque rerum pravarum illecebris abrepti perditum eant; sunt denique, qui potentes animi et irae proxime accedant ad summum hujus vitae finem, velut in Alcestide Alcestis, in Iphigenia Aulidensi Agamemnonis filia, in Stenoboea fabula Bellerophon, in Hippolyto Hippolytus, in Andromacha Hectoris conjux, in Phoenice Phoenix, in Phoenissis Menoeceus, in Heraclidis Macaria virgo. Quod quomodo singularum fabularum dispositione declaraverit poeta, non possumus, quin paucis demonstremus. Eadem enim hominum diversitas ac singulorum vacillatio in ipsis tragoediis conspicitur neque profecto infitiari possumus et in adumbrandis singulorum moribus et in explicandis animi pensitationibus Euripidem summo artificio versatum esse.

Vetant tamen spatii limina, totum id argumentum pertractari, ita ut hac disputatione praestet ad duarum tantum accedere tragoediarum investigationem, e quibus luculentissime apparet, quid sibi voluerit Euripides quaque arte ac studio usus sit in describenda hominum natura.

Sumamus igitur fabulam, quam integram saecula tulerunt, Hippolytum coronatum. In ea habemus tum Phaedram, corporis illecebris primum repugnantem, postremo succumbentem, tum Hippolytum, voluptatis blandimenta adeo nihil curantem, ut divina vis omnibus numeris absoluta splendeat et intemerata. Phaedra enim, non ignorans illa, filii amantem magno scelere sese adstrictam esse, quamvis omni modo amorem expungere studeat, non ea tamen fortitudine et constantia viget, qua radicitus ille avellatur (v. 388 — 430; cf. supra p. 19.). Quapropter ejus corpus macie extabescit; cibi abstinens non quidquam sibi habere videtur, nisi mortem, qua animo pacem reddat et tranquillitatem [2]); sentit, puras esse manus, sed mentem jam pollui piaculo [3]). Quo majori vi ad scelus admittendum pertrahitur, eo majore admi-

---

μένης τῆς ψυχῆς, εἰς λογικὸν, θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν, ὅτε μέν ἐστι τὸ λογικὸν καθαρὸν, διακρίνει καὶ λογίζεται τὰ προσήκοντα καὶ καλῶς ἔχοντα. σκοτίζεται δὲ ὑπὸ τοῦ θυμικοῦ καὶ ἐπιθυμητικοῦ καὶ ὑπὸ ἄλλου τινὸς συναντήματος. κἀντεῦθεν οὐ συγχωρεῖται λογίζεσθαι τὰ δέοντα. — τὸ μὲν θυμικὸν ἔγκειται παρὰ τὴν καρδίαν· τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν παρὰ τὸ ἧπαρ· τὸ δὲ λογιστικὸν παρὰ τὸ ἐγκέφαλον, ὃ καὶ λόγον αὐτοκράτορα ἔχει πρὸς ἐκεῖνα.

1) **Iphigen. A. v. 560.**
διάφοροι δὲ φύσεις βροτῶν,
διάτροποι δὲ τρόποις.
Oenei fragm. VIII.
ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.
Oedip. fr. III.
Ἑνὸς δ' ἔρωτος ὄντος οὐ μί' ἡδονή.
οἱ μὲν κακῶν ἐρῶσιν, οἱ δὲ τῶν καλῶν.
ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν.

Rhadam. fr. I.
Ἔρωτες ἡμῖν εἰσὶ παντοῖοι βίου.
ὁ μὲν γὰρ εὐγένειαν ἱμείρει λαβεῖν.
τῷ δ' οὐχὶ τούτου φροντὶς, ἀλλὰ χρημάτων
πολλῶν κεκλῆσθαι βούλεται πατὴρ δόμοις.
ἄλλῳ δ' ἀρέσκει μηδὲν ὑγιὲς ἐκ φρενῶν
λεγόντι πείθειν τοὺς πέλας τόλμῃ κακῇ.
οἱ δ' αἰσχρὰ κέρδη πρόσθε τοῦ καλοῦ βροτῶν
ζητοῦσιν. οὕτω βίοτος ἀνθρώπων πλάνη.
Iphig. A. v. 1141.
ὁ νοῦς ὅδ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει.

2) ...... *κατθανεῖν ἔδοξέ μοι Κράτιστον.* v. 401.

3) *ποῖ παρεπλάγχθην γνώμας ἀγαθᾶς;* (Hipp. v. 240.)
Κρύπτε· κατ' ὄσσων δάκρυ μοι βαίνει,
καὶ ἐπ' αἰσχύνην ὄμμα τέτραπται.
τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμαν ὀδυνᾷ,
τὸ δὲ μαινόμενον κακόν· ἀλλὰ κρατεῖ,
μὴ γιγνώσκοντ' ἀπολέσθαι. (v. 245 sq.)
χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι. (v. 312.)

ratione ejus constantiae et virtutis tenemur, qua caussam intestini mali et doloris patefacere recusat (cf. v. 268 — 355.). Atque confessa re non solum protinus affirmat, omnes vires se adhibuisse repellendo morbo, verum nutricem, quae speciosa disputatione amorem confirmare velit (cf. v. 433 — 481), omni ratione repudiat atque abominatur (cf. v. 497 — 506). Animadverte vero, quantum valeat quae nobis inhaeret terrena natura; namque mox fidem habere incipit Phaedra blandis nutricis argumentis; spe excitatur, fore, ut in Hippolyti amorem sese insinuet, neque prius, quam mentis inops ferri videatur, Hippolytum de clandestinis Veneris [1]) ignibus certiorem fieri patitur (cf. v. 486 — 525). Sed in hoc juvene nobilissimo, et forma et modestia et castitate ornato, tantus est divinae virtutis vigor, ut summa incendatur indignatione et ira. Ita res eo adducitur, ut uno scelere admisso Phaedra illico per alterum labatur: quippe Thesei iram timens et civium opprobrium omnem culpam transfert in Hippolytum. Ne ipsa inquinetur impudictiae fama, majore se crimine polluit, alterum insontem illaqueans miseriis; semet ipsam laqueis suspendens Hippolytum accusat in litteris de vi intentata. Longe alia Hippolyti mens. Is enim, quamquam audita re incesta indignatione impletur incredibili, lingua se jurasse dicens, mentem gerere injuratam [2]), mox tamen eo revertitur generositatis, ut atrocissimas injurias et summas calamitates perferre malit, quam aegritudine afficere patris animum, atque violare, quo tenebatur jure jurando [3]). Neque decepto Theseo succensens neque Diis iratus, tanti infortunii tamquam auctoribus, aequo animo vitam cum morte commutat. Quid vero? Num deum quendam haec machinatum arbitremur? machinatos esse recte profecto dicis deos, quales Graeci animo sibi informaverant; at Euripides negat, deum appellandum esse eum, qui injuste agat [4]); Venerem, id quod fabulae initio expositum est a poeta, videmus irae plenam et crudelitatis, verum ab aethere hoc abhorret quam maxime [5]); nimirum hominum et

---

[1]) Venere immoderata et illegitima homines trahimur ad plurima peccata, moderata et honesta evehimur ad sapientiam ac virtutem.

Danaes fr. VIII.

Ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ.
φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα,
φεύγει δὲ μόχθους. ἓν δέ μοι τεκμήριον·
οὐδεὶς προσαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν,
ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἡβητὴς πέφυχ' ὅδε.

Hipp. pr. fr. III.

ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον
ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον,
Ἔρωτα, πάντων δυσμαχώτατον θεῶν.

Dictyis. fr. VIII.

φίλος γὰρ ἦν μοι· καί μ' ἔρως ἕλοι ποτὲ
οὐκ εἰς τὸ μῶρον, οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων.
ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κἀγαθῆς.
καὶ χρῆν δὲ τοῖς βροτοῖσι τόνδ' εἶναι νόμον,
τῶν εὐσεβούντων οἵτινές γε σώφρονες
ἐρᾶν, Κύπριν δὲ τὴν Διὸς χαίρειν ἐᾶν.

[2]) *ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ὁ δὲ νοῦς ἀνώμοτος* (v. 612.).

[3]) *εὖ δ' ἴσθι, τοὐμόν σ' εὐσεβὲς σώζει, γύναι.*
εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν ἄφρακτος εὑρέθην,
οὐκ ἄν ποτ' ἔσχον μὴ τάδ' ἐξειπεῖν πατρί (v. 656 sq.).
ὦ θεοί, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύσω στόμα,
ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι;
οὐ δῆτα· πάντως οὐ πίθοιμ' ἄν, οἷς με δεῖ.
μάτην δ' ἂν ὅρκους συγχέαιμ', οὓς ὤμοσα (v. 1060 sq.).
...... *οὐδ' αὖ πρὸς σέθεν κακούμενος,*
ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, εὐσεβὴς γεγώς (v. 1308 sq.).

[4]) *εἴθ' ἦν ἀραῖον δαίμοσι βροτῶν γένος* (v. 1415.).

[5]) Vatum vel aliorum hominum, qui culpa se polluerant, commenta esse omnia, quaecunque Dii ferebantur injusta, prava, incesta gessisse, nunquam non significavit poeta. Ut mecum facias, manibus, si placet, evolve versus, quos jam offero recensendos. Herc. fur. v. 1341 sq. — Iphig. A. v. 793 sq. — Iphig. T. v. 380

crimina et calamitates originem trahunt ex hac vita et ex hac terra, qua gignuntur omnes res, quae infeliciter et injuste contingunt (cf. supra p. 16.) [1].

οὐδ' ἀδίκων γενεάν· ὁ γὰρ οὐδενὸς ἐκφὺς
χρόνος δικαίους ἐπάγων κανόνας
δείκνυσιν ἀνθρώπων,
κακότητος ἐμοί.

Antiop. fr. XV.

δίκα τοι δίκα χρόνιος. ἀλλ' ὁμῶς
ὑποπεσοῦσ' ἔλαθεν, ὅταν ἔχῃ
τιν' ἀσεβῆ βροτῶν.

Melan. fr. XII.

δοκεῖτε πηδᾶν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς
πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς
γράφειν τίν' αὐτά, Ζῆνα δ' εἰσορῶντά νιν
θνητοῖς δικάζειν; οὐδ' ὁ πᾶς ἂν οὐρανός
Διὸς γράφοντος τὰς βροτῶν ἁμαρτίας
ἐξαρκέσειεν, οὐδ' ἐκεῖνος ἂν σκοπῶν
πέμπειν ἑκάστῳ ζημίαν. ἀλλ' ἡ Δίκη
ἐνταῦθά που 'στιν ἐγγὺς, εἰ βούλεσθ' ὁρᾶν.

Andromach. v. 440.

τὰ θεῖα δ' οὐ θεῖ', οὐδ' ἔχειν ἡγῇ δίκην;

Troad. v. 981.

...... μὴ 'μαθεῖς ποίει θεὰς,
τὸ σὸν κακὸν κοσμοῦσα· μὴ πείσῃς σοφούς.

Andromed. fr. XXXII.

τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς
ἐγγύς τε ναίειν τῆς βροτῶν τιμωρίας.

Antiop. fr. XVI.

τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι χρόνου,
δείκνυσι δ' ἡμῶν ὅστις ἐστὶ κακός.

Oedip. fr. XVI.

...... ὁρῶ γὰρ ἐν χρόνῳ
δίκην ἅπαντ' ἄγουσαν εἰς φάος βροτῶν.

Phrix. fr. VIII.

ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται καθ' ἡμέραν
κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λεληθέναι,
δοκεῖ πονηρὰ καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη.
ὁρᾶθ', ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι θεόν
δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνωμόνως.
ἔστιν γὰρ, ἔστιν. εἰ δέ τις πράσσει κακῶς
κακὸς πεφυκὼς τὸν χρόνον κερδαινέτω.
χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.

fr. IX.

εἰ δ' εὐσεβὴς ὢν τοῖσι δυσσεβεστάτοις
εἰς ταὔτ' ἔπρασσον, πῶς ταῦτ' ἂν καλῶς ἔχοι,
εἰ Ζεὺς ὁ λῷστος μηδὲν ἔνδικον φρονεῖ;

At vero quo tandem pacto divina justitia cum casu potest conciliari! Crederes jam cum Bouterweckio [1]), Euripidem pugnantia locutum esse nec certum quidquam habuisse de re longe gravissima statuere. Sed hoc in physicum non cadit. Verum est, dubitanter saepius poetam versatum esse in hac re ad rectam rationem vix revocanda justoque occultius exprompsisse sua, sed esse putamus, quo controversiae difficultate fere remota ambiguitatem et dubitationem ex parte, ni fallimur, tollamus. Quamquam enim dubitari non potest, quin Euripides Aethera vel deum, quem putavit, duxerit mentem esse liberam et justitiae consummatae, quae nullius rei indigeat, cujus natura sit optima ac praestantissima nec minus abhorrens ab omni imprudentia et

[1]) cf. l. c. p. 14.

pravitate: eidem tamen Aetheri non tribuisse videtur imperium in terram, certe non id, quod nullis finibus circumscriptum nulloque impedimento tardatum sit. Fortunam, quae in terris est multiplex, ejusque vices et inconstantiam non habent in potestate sua ab omni parte nec Aether coelestis nec hominum mentes divinae [1]). Commiscentur sortes sontium insontium, parentum liberorum [2]). Sed cave credas, in terra omnino justitiam esse nullam omniaque injusta impune fieri et inulto. Etenim — venia detur, si quid erraverim — etiamsi non universi Aetheris est, justitiam in unaquaque re servare, tamen ejus est, qui de coelo delapsus in hominum corpore inclusus habitat ac viget vivitque. Namque tum ipse suo pungitur dolore scelere admisso [3]) (cf. supra p. 24.), tum curat, ne impunita sint aliorum crimina. Unde apud Euripidem plerumque non deum poenae exactorem deprehendimus, sed homines alieni peccati castigatores, ministros Dei atque Fortunae. Id quod contineri videtur versibus satis perplexis, qui sunt in Troadum v. 890 sq. Ibi Hecuba audito, Menelaum ab Helena poenas repetiturum esse meritas, cum omnia juste gubernari affirmet, dubitat, numen divinum utrum sit hominum mens, an naturae quaedam necessitas.

ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
ὅστις πότ' εἶ συ δυστόπασιος εἰδέναι,
Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς βροτῶν
προσηυξάμην σε· πάντα γὰρ, δι' ἀψόφου
βαίνων κελεύθου, κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις [4]).

Equidem persuasissimum habeo, Euripidem his significasse, mentem humanam, quippe quae pars sit universi Aetheris, ita comparatam esse, ut sequuta naturam suam divinam injusta quaeque facinora ulciscatur [5]). E multis exemplis, quibus homines alieni facinoris vindices

---

1) **Incert. trag. fr. CXXIX.**
...... τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται
θεὸς, τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀνεὶς ἐᾷ.
Phoen. v. 1208.
καλῶς τὰ τῶν θεῶν καὶ τὰ τῆς τύχης ἔχει.
Jon. v. 1374.
τὰ τοῦ θεοῦ μὲν χρηστά· τοῦ δὲ δαίμονος
βαρέα.
Incert. trag. fr. II.
Οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη σε — μὴ τρέσῃς —
παίσει πρὸς ἧπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν
τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
στείχουσα μάρψει τοὺς κακοὺς, ὅταν τύχῃ.

2) **Suppl. v. 222.**
...... χρῆν γὰρ οὔτε σώματα
ἄδικα δικαίοις τὸν σοφὸν συμμιγνύναι,
εὐδαιμονοῦντας δ' εἰς φόβους κτᾶσθαι φίλους.
κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος,
τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασιν διώλεσεν
τὸν συννοσοῦντα κοὐδὲν ἠδικηκότα.
Alcmaeon. fr. XVI.
τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς
μιάσματα.
Hipp. v. 1380.
παλαιῶν προγεννητόρων
ἐξορίζεται κακὸν, οὐδὲ μέλλει·
ἐμόλετ' ἐπ' ἐμέ. τί ποτε τὸν οὐδὲν
ὄντ' ἐπαίτιον κακῶν;
Herc. f. v. 1261.
πρῶτον μὲν ἐκ τοῦδ' ἐγενόμην, ὅστις κτανὼν
μητρὸς γεραιὸν πατέρα, προστρόπαιος ὢν,
ἔγημε τὴν τεκοῦσαν Ἀλκμήνην ἐμέ.
ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους
ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τοὺς ἐκγόνους.

3) cf. Orest. v. 389.
Menel. *τί χρῆμα πάσχεις; τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος;*
Orest. *ἡ ξύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος.*
Menel. *πῶς φῄς; σοφόν τοι τὸ σαφὲς, οὐ τὸ μὴ σαφές.*
Orest. *λύπη μάλιστά γ' ἡ διαφθείρουσά με.*

4) Schol. Pind. Nem. VI. 7. *θεὸς γάρ τις ἐν ἡμῖν κατὰ τὸν Εὐριπίδην.* — Cicer. Tuscul. I. 26. Ergo animus, ut ego dico, divinus est; ut Euripides audet dicere, deus. — cf. Valcken. l. c. p. 238.

5) Jam audias velim, quam parum acute de his Bouterweckius judicet, quo quid sibi voluerit philosophus nemo minus intellexit. Certi nihil, inquit, Euripidem de rebus divinis statuisse ex iisdem tragoediarum ejus locis apparet, quibus nunquam sibi constans turbare religionem popularem conatus est. Referendum est ad hoc

apparent, in memoriam revoces, quae in Heraclidis fabula narrantur a Demophonte gesta esse contra Eurystheum, in Hecuba a matre Polyxenae (1035 — 1055), in Electra ab Oreste, in Supplicibus a Theseo, in Troadibus a Cassandra, in Helena a Theonoë Helenam et Menelaum servante, in Andromache a Peleo, in Oreste ab Electra et Oreste, in Iphigenia Aulidensi ab Achille.

Hec. v. 834.

ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς, τῇ δίκῃ θ' ὑπηρετεῖν
καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.

v. 746.

...... τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη
αἰῶνα τὸν σύμπαντα δουλεῦσαι θέλω.

v. 901.

γένοιτο δ' εὖ πως. πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε,
ἰδίᾳ θ' ἑκάστῳ, καὶ πόλει, τὸν μὲν κακὸν
κακόν τι πάσχειν· τὸν δὲ χρηστὸν εὐτυχεῖν.

v. 1071.

δράσαντι δ' αἰσχρὰ, δεινὰ τἀπιτίμια
δαίμων δέδωκεν, ὅστις ἐστί σοι βαρύς.

v. 1234.

...... ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλά
πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φιλά.

v. 789.

ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως,
ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι, χ' ὁ κείνων κρατῶν
νόμος. νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα,
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι.
ὃς εἰς σ' ἀνελθὼν, εἰ διαφθαρήσεται,
καὶ μὴ δίκην δώσουσιν, οἵτινες ξένους
κτείνουσιν, ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον [1]).

Herc. fur. v. 167.

Οὔκουν τραφέντων τῶνδε τιμωροὺς ἐμοὺς
χρῄζω λιπέσθαι τῶν δεδραμένων δίκην.

Troad. v. 359.

κτενῶ γὰρ αὐτὸν, κἀντιπορθήσω δόμους,
ποινὰς ἀδελφῶν καὶ πατρὸς λαβοῦσ' ἐμοῦ.

v. 459.

...... ἥξω δ' εἰς νεκροὺς νικηφόρος,
καὶ δόμους πέρσασ' Ἀτρειδῶν, ἀπωλόμεσθ' ὕπο.

Iphig. A. v. 975.

...... θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι
μέγιστος, οὐκ ὤν· ἀλλ' ὅμως γενήσομαι.

Elect. v. 890.

θεοὺς μὲν ἡγοῦ πρῶτον, Ἠλέκτρα, τύχης
ἀρχηγέτας τῆσδ', εἶτα κἄμ' ἐπαίνεσον,
τὸν τῶν θεῶν τε τῆς τύχης θ' ὑπηρέτην.

Suppl. v. 341.

...... πολλὰ γὰρ δράσας καλά,
ἔθος τόδ' εἰς Ἕλληνας ἐξελεξάμην,
ἀεὶ κολαστὴς τῶν κακῶν καθέσταναι.

Istam indolem si semper incorruptam tuerentur homines et integram servarent, nunquam neque ipsi injusta committerent neque aliorum crimina ferrent inulta et impunita. Quaecunque vero in terra geruntur injuste, improbe, fortuito, ea fiunt hominum degenerum pravitate neque ab Aethere videntur regi, sed ex Terrae natura manant, in quam etiam recidunt redeuntque.

Ἀρετὴ δὲ κἂν θάνῃ τις οὐκ ἀπόλλυται,
ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος. κακοῖσι δὲ
ἅπαντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός. (Temenid. fr. I.)

---

caput Troad. 881. Quae cum a femina veneranda calamitatibus oppressa pronuntientur, dubitari vix potest, quin poetae ipsius judicium exprimant. Sed quomodo Juppiter fortasse mens mortalium esse dici possit, fateor me ignorare, etsi Euripidis animo cum haec scriberet, Anaxagorae de deo sententia obversata esse videatur, quam si satis perspexisset, certe non his verbis reddidisset (cf. l. c. p. 10.). — Copiosius de hoc loco egit Schneitherus l. c. p. 29 sq. —

[1]) Schol. ad h. l. *ὁ θεῖος νόμος ἀναχθεὶς εἰς σὲ, εἰ οὐ κυρωθήσεται καὶ μὴ ποινὴν δώσουσιν, οἳ τοὺς φίλους φονεύουσι καὶ ἱεροσυλοῦσιν, οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν πολιτευομένων πραγμάτων ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐν ἰσότητι οὐδὲν, ἤγουν ἐν δικαιοσύνῃ.*

Tantis igitur malis et vicissitudinibus expositam esse vitam terrestrem mentemque hominis, ubi primum in terram immigravit, tantopere impediri terrae partibus cum animadvertisset poeta, non vivere dicebat melius esse, quam male vivere, et hanc, quam nunc degamus, vitam mortem, non veram vitam esse judicavit; vitae excessum autem reditum ad felicitatem eam, qua priusquam in terram descenderet Aether fruitus esset; non in sempiternam homines nati sumus miseriam, sed in morte finis est miseriae nullique nos manent labores, nullae calamitates, nullum morborum agmen, nulla aliorum malorum incommoditas, ad mortis calcem cum sit decursum ab hominibus.

Polyid. fr. VII.

τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται [1]*;*

Phrix. fr. XIV.

τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκτηνται κακά.

Erecht. fr. XI.

...... ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
ζῆν φημὶ μᾶλλον τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς.

Pirith. fr. VIII.

οὐκοῦν τὸ μὴ ζῆν κρεῖττόν ἐστ', ἢ ζῆν κακῶς.

Incert. trag. fr. CLX.

ὦ πολύμοχθος βιοτὰ θνητοῖς,
ὡς ἐπὶ παντὶ σφαλερὰ κεῖσαι,
καὶ τὰ μὲν αὔξεις, τὰ δ' ἀποφθινύθεις,
κοὐκ ἔστιν ὅρος κείμενος οὐδεὶς,
εἰς ὅντινα χρὴ τελέσαι θνητοῖς,
πλὴν ὅταν ἔλθῃ κρυερὰ Διόθεν
θανάτου πεμφθεῖσα τελευτή.

Heracl. v. 592.

τάδ' ἀντὶ παίδων ἐστί μοι κειμήλιον
καὶ παρθενείας, εἴ τι δὴ κατὰ χθονός.
εἴη γε μέντοι μηδέν. εἰ γὰρ ἕξομεν
κἀκεῖ μερίμνας οἱ θανούμενοι βροτῶν
οὐκ οἶδ' ὅποι τις τρέψεται. τὸ γὰρ θανεῖν
κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται.

Alc. v. 703.

ἦ μὴν πολύν γε τὸν κάτω λογίζομαι
χρόνον. τὸ δὲ ζῆν σμικρὸν, ἀλλ' ὅμως γλυκύ [2]*.*

---

[1]) Davis. ad Cicer. Tuscul. I. 31.

[2]) Quae his dictis prolatae sunt sententiae, eas facetissime in suam rem vertebat Aristophanes comicus, velut in Ranis fabula:

καὶ φασκούσας οὐ ζῆν τὸ ζῆν; (v. 1082.)
ὦ σχέτλιε, περιόψει με δὴ τεθνηκότα;
τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν καὶ τὸ καθεύδειν κώδιον; (v. 1476 sq.)

Nec Bouterweckius cunctatur, propter haec castigare Euripidem. Cum enim sentiret, fluxisse ea ex Anaxagorea disciplina, suspicatur, Euripidi ex Anaxagoreis de Aethere disputationem maxime arrisisse tragicumque vulgaribus poetarum commentis non contentum altiora spectasse. Philosophatum tamen, inquit (l. c. p. 12.), de his quoque rebus (velut de immortalitate) Euripidem esse, pluribus locis docemur, quibus simul, quam Anaxagoreae philosophiae partem praecipue imbiberat, manifestatur. ‚Anaxagoram notum est, etsi mentem puram a materia corporea segregatam esse dixerat, ita tamen de mentis animique natura esse locutum, ut eam cum aethere sive aëre puro compararet ideoque animum, qui cogitat, ab animo sive spiritu, quem pulmonibus ducimus, non ita, ut posterioris aetatis philosophis placuit, differre statueret. Quae de aethere disputatio Euripidi maxime arrisisse videtur. Sic in Supplicibus (v. 532 sq.) Argivos non perisse ait; omnes enim res eo, unde venerint, redire, corpora ad terram, spiritum autem ad aetherem. Similiter 1139 (*βεβᾶσιν, αἰθὴρ ἔχει νιν ἤδη*). Eandem sententiam refert fragmentum apud Sextum Empiricum, nihil interire, ipsamque formam propriam quamlibet rem recuperare; qui locus eam etiam ob caussam memorabilis est, quod aetheris appellatione ostendit significari quoque Jovem, hominum deorumque satorem, quod quidem e vulgari Graecorum superstitione non petitum cum Anaxagorea disciplina facile potest conciliari. Praeclare in Hippolyto dicitur (v. 181.) aliud quoddam, quod vita dulcius sit, tenebris occultari, hominesque hujus vitae eam tantum ob rem esse tam studiosos, quod alterius vitae rerumque sub terra absconditarum nullam habeant peritiam.

Nimirum morte non delentur omnia, in nihilum regressa, nec homines mortui toti interimus, sed liberamur tantum terrae malis et quasi reviviscimus; in morte miseriae finis est, non vitae; non sub terra in orco reliqua agitur vita mortuorum, sed in coelestem locum subvolant animi; neque corpus neque animus plane exstinguitur, corpus redit ad terram fitque terrenum et quae coelo demissa corporis formam animaverat mens non dissipatur vel dissolvitur, sed terris relictis ad divinum regressa Aetherem in beata coeli spatia quasi in domicilium suum domumque sublimis relabitur [1]). Hinc illa, quibus Andromacha Hecubam consolatur Polyxenae mortem deplorantem in Troadibus fabula (cf. v. 631 sq.).

Andr. *ὄλωλεν, ὡς ὄλωλεν, ἀλλ᾽ ὅμως ἐμοῦ*
ζώσης γ᾽ ὄλωλεν εὐτυχεστέρῳ πότμῳ·
Hecub. *οὐ ταὐτόν, ὦ παῖ, τὸ βλέπειν τῷ κατθανεῖν·*
τὸ μὲν γὰρ οὐδέν, τῷδ᾽ ἔνεισιν ἐλπίδες.
Andr. *ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσα, κάλλιστον λόγον*
ἄκουσον, ὥς σοι τέρψιν ἐμβαλῶ φρενί,
τὸ μὴ γενέσθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω.
τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν.
ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν ᾐσθημένος.
κείνη δ᾽ ὁμοίως, ὥσπερ οὐκ ἰδοῦσα φῶς
τέθνηκε, κοὐδὲν οἶδε τῶν αὑτῆς κακῶν.

Etenim non lamentatur Andromacha Polyxenae mortem, quod in flore aetatis diem obierit supremum, sed mori censet idem esse, quod in terram non intrare et partu non edi in hanc lucem: sed non hoc opinor dicit, pariter cum vita mentem exstingui nec ullum manere sensum, verum primam adeptos naturam nos ejusdem loci, quem ante ortum coluerimus, gaudiis potiri [2]). Neque in aliam partem accipiendum est, quod affirmat, melius cum iis agi, qui non nati sint, quam qui nati sint; non gigni praestare, quam nasci.

Scholiasta ad hunc locum affert e Polyide Euripidis, mortem quam vocamus, veram fortasse esse vitam: *τίς δ᾽ οἶδεν* sq. — cui sententiae respondent, quae in Helena v. 1620 dicuntur, mentem vita defunctorum, etsi non vivat (i. e. vita humana non fruatur) sensum tamen habere immortalem, cum in aetherem immortalem recepta sit. Omnia haec Anaxagorea esse videntur, Euripidemque vulgaribus poetarum commentis haud contentum altiora spectasse ostendunt. Hactenus Bouterweckius. Videsis de his quaestionibus, quae ipsi supra disputavimus de Aethere p. 8 sq. —

[1]) Vide Barnesium ad Heracl. v. 529: At in hoc loco potest etiam divinus poeta respicere ad Corpus, quod tantum morti obnoxium, Anima libera est et in Aerem recepta aeternum manet, non, ut nonnulli Anaxagorae Euripidisque sententiam male explicantes, quod in Aethera solvatur et soluta dissipetur, sed ut in propriam sedem recepta. Schol. ad Arist. Nub. v. 95. *ἃ δὲ περὶ ψυχῆς ὥρισε* (*Σωκράτης*) *ταῦτα· ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον. τὸ δ᾽ ἄλλο κινοῦν ἢ ὑπὸ ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως παῦλαν ἔχει καὶ ζωῆς.* —

cf. Schneither. l. c. p. 46: Neque tantum in eo substitit, ut animum immortalem diceret, sed amplius suam explicuit opinionem, homines multo feliciorem acturos esse vitam, quando animus a corpore segregatus erit, quam in hac terrena vita molestiis repleta nobis potest contingere. — cf. quae supra disputavimus p. 12 sq. et p. 29 sq. —

Mirum in modum Aristophanes comicus spectantium animos exhilaravit, cum in risum verteret hujusmodi sententias, velut in Pace fabula (v. 819 sq.), ubi inter Trygaeum de coelo reversum et inter familiarem lepidissimus agitur sermo de animis mortuorum, qui ad aethera reversi vitam continuant.

[2]) Ad tumulum Achillis sacrificatam puellam Talthybius effert omnibus liberatam esse malis: *ἔχει πότμος νιν, ὥστ᾽ ἀπηλλάχθαι κακῶν* (Troad. v. 270.). — Qui rebus adversis premuntur saepenumero parati describuntur ad mortem subeundam, vita cum jam non vitalis sit.

Herc. f. v. 1241.
τοὶ γὰρ παρεσκευάσμεθ᾽, ὥστε κατθανεῖν.
v. 1256.
...... *ἀναπτύξω δέ σοι*
ἀβίωτον ἡμῖν νῦν τε καὶ πάροιθεν ὄν.

Hipp. v. 1047.
ταχὺς γὰρ ᾅδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ.
Alc. v. 225.
...... *παῖ Φέρητος,*
οἷ᾽ ἔπραξας δάμαρτος σῆς στερηθείς.

Beller. fr. XX.

ἐγὼ τὸ μὲν δὴ πανταχοῦ θρυλλούμενον
κράτιστον εἶναί φημι, μὴ φῦναι βροτῷ.

Incert. trag. fr. CXLVIII.

τὸ μὴ γενέσθαι κρεῖσσον, ἢ φῦναι βροτούς.
ἔπειτα παῖδας σὺν πικραῖς ἀλγηδόσι
τίκτω. τεκοῦσα δ᾽, ἢν μὲν ἄφρονας τέκω,
στένω ματαίως, εἰσορῶσα μὲν κακούς,
χρηστοὺς δ᾽ ἀπολέσασ᾽· ἢν δὲ καὶ σεσωσμένους
τήκω τάλαιναν καρδίαν ὀῤῥωδίᾳ
τί τοῦτο δὴ τὸ χρηστόν; οὐκ ἀρκεῖ μίαν
ψυχὴν ἀπολύειν, κἀπὶ τοῦδ᾽ ἔχειν πόνους;

Namque in lucem editi patria sumus et domo extorres versamurque in terra peregrina tamquam in hospitio aspero et in domo aliena (cf. supra p. 25.); mortui autem, velut e vinculis egressi, in libertatem restituti a molestiis vitae terrenae vindicamur; in Aethera divinum relapsi jam expertes sumus corporis cupiditatum nec trahimur ad prava et injusta (cf. supra p. 16 sq.); Aetheris oras ubi attigimus, jam dissipata caligo, qua circumfusa erat mentis acies, cum terram incoluit, jamque satiatur, quae inest in mentibus nostris veri visendi cupiditas; non vivit mens ut in terris, sed habet aeternam sui conscientiam sensumque immortalem.

...... ὁ νοῦς
τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ᾽ ἔχει
ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ᾽ ἐμπεσών (Hel. v. 1020. — cf. supra p. 29.).

Hac felicitate quae instat post mortem non dignos esse nisi qui luce fruiti virtutibus adhaeserint, non obscure significavit poeta in chori carmine praestantissimo, quod est in Hercule furente v. 655 sq.

εἰ δὲ θεοῖς ἦν σύνεσις
καὶ σοφία κατ᾽ ἄνδρας
δίδυμον ἂν ἥβαν ἔφερον,
φανερὸν χαρακτῆ-
ρ᾽ ἀρετῆς ὅσοισι
μέτα. καὶ θνατοὶ ἐς
τὰς αὐγὰς πάλιν ἁλίου
δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους.
ἁ δυσγένεια δ᾽ ἁπλοῦν ἂν
εἶχε ζωᾶς βιοτάν.
καὶ τῳδὶ τούς τε κακοὺς ἂν
γνῶναι καὶ τοὺς ἀγαθοὺς
ἴσον, ἅτ᾽ ἐν νεφέλαισιν ἄστρων
ναύταις ἀριθμὸς πέλει [1]).

αἲ αἴ, ἄξια καὶ σφαγῆς τάδε
καὶ πλεῖον ἢ βρόχῳ δέρην
οὐρανίῳ πελάσαι.
τὰν γὰρ οὐ φίλαν,
ἀλλὰ φιλτάτην γυναῖκα,
κατθανοῦσαν ἐν ἤματι τῷδέ γ᾽ ὄψει·

Alc. v. 277.

Σοῦ γὰρ φθιμένης οὐκ ἔτ᾽ ἂν εἴην·
ἐν σοὶ δ᾽ ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή.

v. 956.

φίλοι, γυναικὸς δαίμον᾽ εὐτυχέστερον
τοὐμοῦ νομίζω, καίπερ οὐ δοκοῦνθ᾽ ὅμως.
τῆς μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλγος ἅψεταί ποτε,
πολλῶν δὲ μόχθων εὐκλεὴς ἐπαύσατο.
ἐγὼ δ᾽, ὃν οὐ χρὴ ζῆν, παρεὶς τὸ μόρσιμον,
λυπρὸν διάξω βίοτον, ἄρτι μανθάνων.

v. 963.

τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι,
κακῶς κλύοντι καὶ κακῶς πεπραγότι;

Suppl. v. 1000.

προσέβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν
οἴκων, ἐκβακχευσαμένα,
πυρὸς φῶς καθέξουσα, τάφον τε
βατεύσουσα τὸν
αὐτόν, ἐς ἀΐδαν καταλύσουσ᾽ ἔμμοχθον
βίοτον, αἰῶνός τε πόνους.
ἥδιστος γάρ τοι θάνατος,
συνθνήσκειν θνήσκουσι φίλοις,
εἰ δαίμων τάδε δὴ κραίνοι.

Hec. v. 373.

...... συμβούλου δέ μοι
θανεῖν, πρὶν αἰσχρῶν μὴ κατ᾽ ἀξίαν τυχεῖν.
ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν,
φέρει μέν, ἀλγεῖ δ᾽ αὐχέν᾽ ἐντιθεὶς ζυγῷ.
θανὼν δ᾽ ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος,
ἢ ζῶν. τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος.

[1]) **Barnes. ad h. l.** *εἰ δὲ θεοῖς ἦν σύνεσις καὶ σοφὴ πρόνοια κατὰ τοὺς ἀνθρώπους, δὶς ἂν οἱ καλοκαγαθοὶ τῆς*

Mortui igitur cum verae vitae reddamur, nonne deplorandi sunt homines, qui huic soli vitae, quae in corpore agitur, dediti ejusque gaudiis fruentes gravantur pulveri reddere pulverem? Terram ubi superavit mens cum omnibus laboribus expediatur, nonne voluptate potius et tranquillitate moriendum est, quam aegritudine animi et anxietate? nonne laetatos potius, quam ejulantes decet efferre defunctos, contra lugere genitos, tanta qui partu intraverint mala?

Phoen. fr. IX.

καίτοι ποτ᾽ εἴ τιν᾽ εἰσίδοιμ᾽ ἀνὰ πτόλιν
τυφλὸν προηγῆρος ἐξηρτημένον,
εὐδαιμονῶν ταῖς συμφοραῖς ἐλοιδόρουν,
ὡς δειλὸς εἴη θάνατον ἐκποδὼν ἔχων.
καὶ νῦν λόγοισι τοῖς ἐμοῖς ἐναντίως
πέπτωχ᾽ ὁ τλήμων. ὦ φιλόζωοι βροτοί,
οἳ τὴν ἐπιστείχουσαν ἡμέραν ἰδεῖν
ποθεῖτ᾽ ἔχοντες μυρίον ἄχθος κακῶν.
οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου.
τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν· τοῦ θανεῖν δ᾽ ἀπειρίᾳ
πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ᾽ ἡλίου.

Hypsip. fr. VI.

ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν·
θάπτει τε τέκνα χἄτερ᾽ αὖ κτᾶται νέα,
αὐτός τε θνήσκει. καὶ τάδ᾽ ἄχθονται βροτοὶ
εἰς γῆν φέροντες γῆν; ἀναγκαίως δ᾽ ἔχει
βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή· τί ταῦτα δεῖ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;

Heracl. v. 448.

ὦ δυστάλαινα τοῦ μακροῦ βίου σέθεν·

Cresph. fr. XIII.

ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ᾽ ἔρχεται κακά,
τὸν δ᾽ αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων [1]).

Melan. fr. VIII.

τί τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς τεθνηκέναι
καὶ τἀκχυθέντα συλλέγεις ἀλγήματα;

Iphig. T. v. 484.

Οὔτοι νομίζω σοφὸν, ὃς ἂν μέλλων θανεῖν
οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοὐλέθρου νικᾶν θέλῃ,
οὐθ᾽ ὅστις ᾅδην ἐγγὺς ὄντ᾽ οἰκτίζεται,
σωτηρίας ἄνελπις.

Troad. v. 1247.

δοκῶ δὲ τοῖς θανοῦσι διαφέρειν βραχύ,
εἰ πλουσίων τις τεύξεται κτερισμάτων·
κενὸν δὲ γαύρωμ᾽ ἐστὶ τῶν ζώντων τόδε.

Polyid. fr. V.

ἀνθρώπων δὲ μαίνονται φρένες,
δαπάνας ὅταν θανοῦσι πέμπωσιν κενάς [2]).

ἥβης λάχοιεν καὶ δὶς νέοι γένοιντο, ἐκ τοῦ γήρως ἀνανεάζοντες αὖθις· καὶ τοῦτο τὸ δῶρον ἐκ θεῶν ἔχοιεν καὶ φέροιεν λαβόντες, οἷον φανερόν τινα χαρακτῆρα τῆς ἀρετῆς, ὅσοις μέτεστιν αὐτῆς· καὶ θνητοὶ, δηλονότι, οἷς ἀρετῆς μέτεστιν, ἐς τὰς ἡλίου αὐγὰς, ἤγουν τὸν βίον, δισσοὺς διαύλους καὶ ὁδοὺς ἂν ἔβησαν. ἡ δὲ δυσγένεια καὶ ἡ κακία, τουτέστιν οἱ κακοὶ ἄνθρωποι ἅπαξ μόνον ἔζησαν καὶ ἁπλοῦν βίον εἶχον.

[1]) cf. Cicer. Tusc. I. 48. Qua est sententia in Cresphonte usus Euripides:

Nam nos decebat, coetus celebrantes, domum
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
Humanae vitae varia reputantes mala:
At, qui labores morte finisset graves,
Hunc omni amicos laude et laetitia exsequi.

[2]) Quale fuerit Bouterweckii in his rebus judicium, perspicitur ex iis, quae in commentationis suae pagina vicesima sexta ratiocinatur. Miserationem, inquit (cf. p. 26.), quovis modo fabularum tragicarum et inventione et dispositione movendam esse, Euripides videtur judicasse. Itaque generaliter etiam rerum humanarum conditionem haud raro deplorat. Quod si poetae concedas, philosopho tamen cavendum erat, ne ultra quam satis sit, in hoc lamentationis genere exspatiaretur. Euripides autem tritum illud, ab ipso *τὸ πανταχοῦ θρυλλούμενον* appellatum, optimum homini esse, non nasci, non tantum pluries repetivit, sed copiosa malorum quae in vita hominum sint enumeratione exornavit. Electram, tragoediae, quae Orestes inscribitur, praefantem,

Neque dissimulari potest, his et similibus rationibus adductum poetam rem saepius sic instituisse, ut alter libentissimo animo pro altero mortem subiret, velut in Phoenissis pro patria sua Menoeceus, in Hecuba ad expiandos Achillis manes Polyxena, in Heraclidis Macaria pro ejectis fratribus, in Alcestide pro Admeto marito ipsa Alcestis.

Phoen. v. 1004.

ψυχὴν δὲ δώσω τῆσδ᾽ ὑπερθανεῖν χθονός.
αἰσχρὸν γὰρ, εἰ μὲν θεσφάτων ἐλεύθεροι,
κοὐκ εἰς ἀνάγκην δαιμόνων ἀφίγμενοι,
στάντες παρ᾽ ἀσπίδ᾽ οὐκ ὀκνήσουσιν θανεῖν,
πύργων πάροιθε μαχόμενοι πάτρας ὕπερ·
ἐγὼ δὲ πατέρα καὶ κασίγνητον προδοὺς,
πόλιν τ᾽ ἐμαυτοῦ, δειλὸς ὣς, ἔξω χθονὸς
ἄπειμ᾽. ὅπου δ᾽ ἂν ζῶ, κακὸς φανήσομαι.

Hec. v. 212.

τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν, λύμαν
τ᾽, οὐ μετακλαίομαι· ἀλλὰ θανεῖν μοι
συντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.

v. 346.

ὡς ἕψομαί σοι, τοῦ τ᾽ ἀναγκαίου χάριν
θανεῖν τε χρῄζουσ᾽. εἰ δὲ μὴ βουλήσομαι,
κακὴ φανοῦμαι καὶ φιλόψυχος γυνή.
τί γάρ με δεῖ ζῆν, ᾗ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ
Φρυγῶν ἁπάντων. τοῦτό μοι πρῶτον βίου.

v. 545.

ἡ δ᾽ ὡς ἐφράσθη, τόνδ᾽ ἐσήμηνεν λόγον·
ὦ τὴν ἐμὴν πέρσαντες Ἀργεῖοι πόλιν,
ἑκοῦσα θνήσκω, μή τις ἅψηται χροὸς
τοὐμοῦ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.
ἐλευθέραν δέ μ᾽, ὡς ἐλευθέρα θάνω,
πρὸς θεῶν μεθέντες, κτείνατ᾽. ἐν νεκροῖσι γὰρ
δούλη κεκλῆσθαι, βασιλὶς οὖσ᾽, αἰσχύνομαι.

v. 579.

οὐκ εἶ τι δώσων τῇ περίσσ᾽ εὐκαρδίῳ,
ψυχήν τ᾽ ἀρίστῃ;

Heraclid. v. 501.

μὴ νῦν τρέσῃς ἔτ᾽ ἐχθρὸν Ἀργεῖον δόρυ·
ἐγὼ γὰρ αὐτὴ, πρὶν κελευσθῆναι, γέρον,
θνῄσκειν ἑτοίμα, καὶ παρίστασθαι σφαγῇ.
τί φήσομεν γὰρ, εἰ πόλις μὲν ἀξιοῖ
κίνδυνον ἡμῖν οὕνεχ᾽ αἱρεῖσθαι μέγαν,
αὐτοὶ δὲ προστιθέντες ἄλλοισιν πόνους,
παρὸν σεσῶσθαι, φευξόμεσθα μὴ θανεῖν;
οὐ δῆτ᾽, ἐπεί τοι καὶ γέλωτος ἄξια,
στένειν μὲν ἱκέτας δαιμόνων καθημένους,
πατρὸς δ᾽ ἐκείνου φύντας, οὗ πεφύκαμεν,
κακοὺς ὁρᾶσθαι· ποῦ τάδ᾽ ἐν χρηστοῖς πρέπει;
κάλλιον οἶμαι τῆσδ᾽, ἃ μὴ τύχοι ποτὲ,
πόλεως ἁλούσης, χεῖρας εἰς ἐχθρῶν πεσεῖν.
κἄπειτα δέ τινα πατρὸς οὖσαν εὐγενοῦς
παθοῦσαν, ᾅδην μηδὲν ἧσσον εἰσιδεῖν.
ἀλλ᾽ ἐκπεσοῦσα τῆσδ᾽ ἀλητεύω χθονός·
κοὐκ αἰσχυνοῦμαι δῆτ᾽, ἐὰν δή τις λέγῃ.
τί δεῦρ᾽ ἀφίκεσθ᾽ ἱκεσίοισι σὺν κλάδοις,
αὐτοὶ φιλοψυχοῦντες; ἔξιτε χθονός.
κακοὺς γὰρ ἡμεῖς οὐ προσωφελήσομεν.
ἀλλ᾽ οὐδὲ μέντοι, τῶνδε μὲν τεθνηκότων,
αὐτὴ δὲ σωθεῖσ᾽, ἐλπίδ᾽ εὖ πράξειν ἔχω.
πολλοὶ γὰρ ἤδη τῇδε προὔδοσαν φίλους.
τίς γὰρ κόρην ἔρημον ἢ δάμαρτ᾽ ἔχειν,
ἢ παιδοποιεῖν ἐξ ἐμοῦ βουλήσεται;
οὐκοῦν θανεῖν ἄμεινον, ἢ τούτων τυχεῖν
ἀναξίαν. ἄλλῃ δὲ καὶ πρέπει τινὶ
μᾶλλον τάδ᾽, ἥτις μὴ ᾽πίσημος, ὡς ἐγώ.
ἡγεῖσθ᾽, ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε,
καὶ στεμματοῦτε καὶ κατάρχεσθ᾽, εἰ δοκεῖ.

---

nullum dicere facit esse malum nullamque calamitatem neque adflictionem divinitus advenientem, cujus pondus non sustineat genus humanum. Sed neque in hac re sibi constans in Supplicibus cum denuo movetur quaestio centies agitata, utrum bona plura an mala in humanam conditionem cadant, bonorum plus esse, Theseum pronuntiare facit. — Hactenus Bouterweckius. Equidem qua ratione has quaestiunculas extricavimus, videsis supra p. 15 et p. 25 sq. —

νικᾶτε δ' ἐχθρούς· ἥδε γὰρ ψυχὴ πάρα
ἑκοῦσα κοὐκ ἄκουσα· κἀξαγγέλλομαι
θνήσκειν ἀδελφῶν τῶνδε κἀμαυτῆς ὕπερ.
εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ' ἐγὼ
κάλλιστον εὕρηκ', εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.

Heracl. v. 548.
οὐκ ἂν θάνοιμι τῇ τύχῃ λαχοῦσ' ἐγώ.
χάρις γὰρ οὐ πρόσεστι· μὴ λέξῃς, γέρον.
ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεσθε καὶ βούλεσθέ μοι
χρῆσθαι προθύμως, τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ
δίδωμ' ἑκοῦσα τοῖσδ'. ἀναγκασθεῖσα δ' οὔ.

Est locus, quem cave missum facias, praeclarissimus in Alcestide fabula, ubi conjugi quo animo mors subeunda sit pro marito, elegantissime exponitur a poeta. cf. Alc. v. 156 sq. — Et qui ab initio vita nihil carius, nihil jucundius habuerunt quique mortis instantis discrimen expaverunt maximopere, iidem non multo post concedunt ipsi summa cum animi aequitate, velut Aulide Iphigenia (cf. supra p. 22 sq.) et in Chersoneso Hecubae filia Polyxena [1]).

At si miraris, quid sit, cur plerosque omnes, quamvis miseri in his terris et infelices, tamen mortis metus occupatos teneat, audias velim, quae ad Phaedram verba dicit nutrix in Hippolyto fabula:

πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων
κοὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις.
ἀλλ' ὅτι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο
σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις.
δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες
τοῦδ', ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γῆν,
δι' ἀπειροσύναν ἄλλου βιότου,
κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας,
μύθοις δ' ἄλλως φερόμεσθα [2]). (v. 190 sq).

et quae Phoenix juvenis oculis orbatus loquitur in Phoenice fabula:

οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου.
τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν· τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ
πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου [3]). (fr. XIX.)

Jam eo processit disputatio, ut ejus excursiones opportunitas sit reprehendendi. Quamvis enim intelligam, et meis et alienis studiis relicta esse permulta vel investiganda de integro, vel subtilius examinanda et corrigenda, praecipuas tamen rationes jure aliquo confirmaverim omnes a me ita esse extricatas, ut philosophia satis perspici possit qualis ab Euripide primo in tragoedias deducta sit, non ostentationis caussa vel ornamenti cujusdam, sed quod vitae legem ac normam eam esse voluit. Quod in libelli limine promisimus demonstrasse videmur, Euripidem omni animo amplexatum fuisse philosophiam Anaxagoream adeo,

---

[1]) Hec. v. 414.
Pol. *ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσ', ἄπειμι δὴ κάτω·*
Hec. *ὦ θύγατερ, ἡμεῖς δ' ἐν φάει δουλεύσομεν.*
Pol. *ἄνυμφος, ἀνυμέναιος, ὧν μ' ἐχρῆν τυχεῖν.*

v. 435.
ὦ φῶς· προσειπεῖν γὰρ σὸν ὄνομ' ἔξεστί μοι,
μέτεστι δ' οὐδὲν, πλὴν ὅσον χρόνον ξίφους
βαίνω μεταξὺ καὶ πυρᾶς Ἀχιλλέως.

Mente mutata pronuntiat Polyxena in v. 545 sq. quae modo apposuimus pagina proxima.

[2]) cf. Schol. ad h. l. *ἐκ τοῦ ὀδυνηροῦ βίου στοχάζεται, βελτίονα εἶναι τὰ ἐν ᾅδου τῶν ἐν γῇ, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν Πολυΐδῳ· τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν; τὸ ἑξῆς· ἀλλ' ὅ, τι βέλτιον, κέκρυφεν ὁ σκότος ὑπὸ γῆν, καὶ βέλτιόν τι ἄλλο τοῦ ἐνταῦθα εἶναι ὑπὸ γῆν σκότῳ κρυπτόμενον, κἂν δυσέρωτες φαινόμεθα καὶ σφόδρα φιλοῦντες τοῦτον τὸν βίον, διὰ τὸ ἀπείρως ἔχειν τοῦ ἄλλου βίου, καὶ μὴ εἰδέναι βελτίονα εἶναι τὰ ὑπὸ γῆν, μάτην τοῖς μύθοις πιστεύοντες φαινόμεθα, τοῖς ποιοῦσιν αὐτὰ φοβερά.* —

[3]) Non alienum videtur excitare, quae propinqua a Socrate de animorum immortalitate respondentur in Axiocho dialogo apud Platonem p. 366.

ut quaecunque disseruerit de primo rerum principio et ortu, de coelo et terra, de hominum studiis et rationibus, de vita et morte, omnibus ex eodem quasi fonte profectis aliud ex alio rectissime pendeat; physica et moralis, si licet id ponere discrimen, philosophia non pugnant inter se vel refragantur, sed aptissime inter se cohaerent uno eodemque vinculo consociata. Namque summa philosophiae ut paucissimis tibi verbis proponatur, ab initio omnia fuerunt conjuncta, terrena coelestia, una fuit forma Coeli et Terrae commixta; deinde agitata ea et in duas partes diremta apparuerunt Aether et Terra. Sed regrediuntur continuo qui Terram undique circumfusam tenet Aetheris elementa atque denuo commiscent sese cum Terra; ubi Aether descendit in Terram, animat Terrena et in conspectum edit, quaecunque vigent vivuntque, plantae, animalia, homines. Miscendo oriuntur singula, secernendo intereunt, cum in Terram recidant Terrena, ad Aethera evolent, quae sunt originis Aethereae, ut cum morte suam quodque induat naturam propriam. Quando intrat in Terram amittit Aether libertatem suam et ingenitam integritatem, jam expositus ille Terrae calamitatibus et plagis et temeritati: ubi remigrat in coelum universum, contingit sedem naturalem, beatam ab omni parte et absolutam suis numeris, ut quae in his terris vivitur vita misera sit et mors nominanda, contra post mortem vera existat vita. Summum bonum positum est non in Corpore, quod partes suas ex Terra sugebat, sed in Mente, quam Terrae immiscebat Aether divinus.

Profligandis his quaestionibus nullusdum, quantum equidem compertum habeo, operam addicebat satis strenuam et consideratam, ut commentatio versata sit in re constituenda paene inculta [1]). Itaque quorum in manus pervenient horum annalium tabulae, etiam atque etiam rogantur, studiis faveant, quibus magna cum voluptate occupati tenemur; velint quaeso censores apparere benevoli et aequi, non quod falsa omnino et incogitata sollicitet timor ne edita sint de Euripide, sed quod vires profecto sentimus vix pares fuisse rei operositati. Quodsi probatum erit Viris doctis modicum diligentiae specimen, abunde crede hoc hortamento sublevabimur [2]). Salvere jubeo.

Conscripta sunt Parthenopoli,
quae apud Saxones floret,
Anno MDCCCXLIII.

C. Hasse, Dr. Phil

---

[1]) Praeter Bouterweckium et Schneitherum (cf. supra p. 6 et 7.) incubuit his rebus exiguo studio Wideburgus, qui Helmstadii quinto hujus saeculi anno libellum edidit de philosophia Euripidis morali. Quae eodem tempore Parisiis prodibant commentationes de philosophia Euripidis physica et morali (cf. Archives littéraires Nr. XV. p. 417 sq. et Nr. XVII. p. 219 sq.), vel minima cura scriptas esse, affirmat Wideburgus.

[2]) Annotatiuncula extrema signo errata quaedam, quae vel mea vel opificum culpa exorta sunt. Legas enim: p. 1, 28 fervida — p. 4, 32 l. c. et ἤσκησε — p. 6, 40 Philosopheme — p. 8, 6 Valckenarii — p. 10, 29 soli — p. 13, 14 ζῇ — p. 13, 30 ἡ ψυχοῤῥαγοῦσα — p. 18, 32 φύσιν — p. 21, 12 impudicitiae — p. 22, 34 θυγατέρα κτανεῖν — p. 23, 14 ὁρᾶθ' — p. 24, 12 ἔγνωκε — p. 24, 20 πῶς φῄς — p. 27, 18 τάδε; — p. 28, 34 συμφοραί — p. 30, 37 θεὸς — p. 32, 34 κατ' — p. 33, 11 στάθμην — p. 33, 22 ἐγὼ — p. 33, 24 ἔχειν — p. 36, 6 inulte — p. 37, 26 καθεστάναι — p. 39, 11 τῷ.

Nachrichten über die Anstalt. *)

Das Lehrer-Personal betreffend:

Ostern 1843 verließen unsere Anstalt:

1) der Herr Lehrer Dr. Krahner, welcher eine Lehrerstelle am Pädagogio in Halle angenommen hat und

2) der Herr Lehrer Mellin, welcher die klösterliche Patronatspfarre zu Eikendorf erhielt.

Beide waren uns als sehr tüchtige und amtstreue Lehrer lieb und werth geworden, und so konnten wir ihren Abgang nur beklagen. Unsere besten Wünsche haben sie in ihre neue Stellung begleitet. In die Stelle des Herrn Dr. Krahner trat mit Ostern der bisherige Lehrer des hiesigen Domgymnasiums, Herr Dr. Merkel, und für die Stelle des Herrn Prediger Mellin war der bisherige Lehrer des Pädagogiums zu Halle, Herr Liebau, bereits am 22. März von dem Königlichen Ministerio bestätigt. Er meldete aber unter dem 27. März in einem Schreiben aus Elberfeld, daß er an dem dortigen Gymnasio eine Stelle angenommen habe. Das Königliche Provinzial-Schulkollegium genehmigte, daß der Candidat des Gelehrten Schulamtes, Herr Lenhoff, der bisher am Gymnasio in Stendal als Lehrer gearbeitet hatte, die Stelle provisorisch verwalte. Es trat derselbe sogleich sein Lehramt bei uns an, und verwaltete es so tüchtig und treu, daß wir es nur beklagen konnten, daß er Michaelis einem Rufe an das Gymnasium in Neu-Ruppin folgte. Die nun wieder erledigte Stelle wurde durch hohe Verfügung des Königlichen hochlöblichen Provinzial-Schulcollegii vom 30. August dem bisherigen Privatdocenten der Geschichte an der Universität Halle, dem Herrn Dr. Thiele, provisorisch übertragen.

Der Candidat des Predigt- und gelehrten Schul-Amts, Herr Dr. Kirchner, verließ Ostern unsere Anstalt und nahm eine Lehrerstelle an der höheren Bürgerschule in Aschersleben an.

Mit dem Schlusse dieses Winter-Semesters legt der bisherige Rector unserer Schule und Conventual unseres Klosters, Herr Professor Dr. Carl Friedrich Solbrig, sein Amt, dessen Geschäfte er schon nach Michaelis abgegeben hatte, völlig nieder. Er selbst hat seine Pensionirung nachgesucht, und wünschen wir von Herzen, daß er noch lange die Ruhe eines heitern Lebensabends genießen möge. Er hat der Anstalt 23¼ Jahr und im Ganzen 37 Jahre gedient. In die Stelle desselben tritt mit dem Anfange des neuen Semesters mit dem Prädicate eines zweiten Directors der bisherige Rector des Gymnasiums zu Torgau, Herr Professor Müller.

Das Unterrichtswesen

hat auch im verflossenen Jahre den strengen Gymnasialplan, wie er im letzten Programm mitgetheilt ist, befolgt, und sind besondere Aenderungen nicht nöthig gewesen. Seit der Herr Rector Professor Dr. Solbrig seine Geschäfte niederlegte, hat der Herr Prorector Professor Hennige den lateinischen Sprachunterricht in Prima, und der Lehrer Herr Dr. Merkel in Secunda ertheilt.

Verwaltungsangelegenheiten.

Unter dem 13. April ertheilte das Königliche Provinzial-Schulcollegium, in Gemäßheit eines Rescriptes des vorgesetzten Königlichen Ministeriums, eine nähere Instruction hinsichtlich des Probejahrs, welches die Candidaten des höheren Schulamtes bei den Gymnasien zu bestehen haben.

---

*) Da die Abhandlung zu viel Raum erfordert hat, so müssen diese diesmal sehr beschränkt werden.